⁊ bibite dulciſſima queq̃ ⋅ et mittite munera
his qui non habent. Sanctus eſt em̄ hic di
es dn̄i ⁊ nolite meſti eſſe. Dominus em̄ cla-
rificabit vos. Et leuite denūciabāt in publi-
co omnibus ⋅ dicentes: Dies hic ſanctus eſt
Nolite meſti eſſe. Et abierunt oēs māduca-
re et bibere ⁊ epulari ⋅ ⁊ dari munera his qui
nō habebāt vt epulentur. Magnificé enim
ſunt exaltati verbis quibuſ edocti ſūt. Et cō
gregati ſunt vniuerſi in hieruſalem celebra-
re leticiam : ſcd̄um teſtamentum domini dei
iſrahel.

Liber Eſdꝛe tercīꝰ explicit. Incipit liber
Eſdꝛe quartus. Capitulum primum.

## Libeꝛ eſdꝛe pro

phete ſecūdus ⋅ filij ſarei ⋅ fi
lij azarei ⋅ filij elchie ⋅ filij ſa-
danie ⋅ filij ſadoch ⋅ filij achi-
tob ⋅ filij achie ⋅ filij phinees
filij heli ⋅ filij amerie ⋅ filij aſiei ⋅ filij marimoth
filij arna ⋅ filij ozie ⋅ filij boꝛith ⋅ filij abiſei ⋅ filij
phinees ⋅ filij eleazar ⋅ filij aaron ex tribu leui
qui fuit captiuus in regione medoꝝ i regno
artarxerſis regis perſarū. Et factū ē verbum
domini ad me ⋅ dicens: Uade ⁊ nūcia popu-
lo meo facinoꝛa ipſoꝛum ⁊ filijs eoꝝ iniqui
tates quas in me admiſerūt: vt nuncient fili
is filioꝝ quia peccata parentū ipoꝝ in illis
creuerunt. Obliti em̄ mei ſacrificauerūt dijs
alienis. Nonne ego eduxi eos de terra egip
ti: de domo ſeruitutis? Ipi aūt irritauerunt
me ⋅ ⁊ conſilia mea ſpꝛeuerūt. Tu autē excute
comā capitis tui ⋅ ⁊ pꝛoijce oīa mala ſuper il
los: qm̄ nō obedierūt legi mee. Populꝰ aūt
eſt indiſciplinatus. Uſq̃quo eos ſuſtinebō
quibus tanta beneficia cōtuli? Reges mul-
tos pꝛopter eos ſubuerti: pharaonē cū pue-
ris ſuis ⁊ omnē exercitū eius percuſſi. Om-
nes gentes a facie eoꝝ perdidi ⋅ ⁊ in oꝛiente
prouinciaruꝫ duaꝝ populos tyri ⁊ ſydonis
diſſipaui ⋅ ⁊ oēs aduerſarios eoꝝ interfeci.
Tu vero loquere ad eos ⋅ dicens: Hec dicit
dominus. Nempe ergo vos per mare tranſ
meaui ⋅ ⁊ plateas vobis inicio munitas exhi
bui. Ducem vobiſ dedi moyſen ⋅ ⁊ aarō ſacer
dotem: lucem vobis ꝑ columnā ignis pꝛeſti
ti ⋅ ⁊ magna mirabilia feci i vobis. Uos autē
mei obliti eſtis dicit dn̄s. Hec dicit dominꝰ
omnipotens. Coturnix vobis in ſigno fuit:
caſtra vobis ad tutelā dedi ⋅ ⁊ illic murmura
ſtis ⋅ ⁊ non triūphaſtis i noie meo de perditō
ne inimicoꝛum veſtroꝝ ⋅ ſed adhuc nūc vſ-
q̃ murmuraſtiſ. Ubi ſunt beneficia que pꝛe
ſtiti vobis? Nonne i deſerto cum eſuriretis
pꝛoclamaſtis ad me dicentes: vt quid nos i
deſertum iſtud adduxiſti iterficere noſ? Me
lius nobis fuerat ſeruire egiptijs q̃ moꝛi in
deſerto hoc. Ego dolui gemitus veſtros. et
dedi vobis manna in eſcam. Panem ange-
loꝛum manducaſtis. Nonne cū ſitiretis: pe-
trā excidi ⋅ ⁊ fluxerūt aque i ſaturitate? Pꝛop
ter eſtus folijs arboꝝ voſ texi. Diuiſi vobiſ
terras pingues: chananeos ⁊ pherezeos ⋅ et
philiſtinos a facie veſtra pꝛoieci. Quid faci
am vobis adhuc dicit dominus? Hec dicit
dominus omnipotenſ. In deſerto cū eſſetiſ
in flumine ammoꝛreo ſitientes ⁊ blaſphemā
tes nomē meū ⋅ non ignē vobis pꝛo blaſphe
mijs dedi: ſed mittēs lignū in aquam ⋅ dulce
feci flumen. Quid tibi faciā iacob? Noluiſti
obedire iuda. Trāſferam me ad aliaſ genteſ ⋅
⁊ dabo eis nomē meū: vt cuſtodiant legitia
mea. Quoniā me dereliquiſtis: ⁊ ego vos de
relinquam. Petentibus vobis a me miſeri
coꝛdiam nō miſereboꝛ: quando inuocabitis
me ⋅ ego non exaudiaꝫ vos. Maculaſtis eñ
manus veſtras ſanguine: ⁊ pedes veſtri im-
pigri ſunt ad cōmittenda homicidia. Nō q̃ſi
me dereliquiſtis: ſed voſipſos ⋅ dicit domiꝰ:
Hec dicit dominus oipotēs. Nōne ego voſ
rogaui vt pater filios ⋅ ⁊ mater filias ⋅ ⁊ vt nu
trix paruulos ſuos: vt eſſetis mihi in popu-
lum ⋅ ⁊ ego vobis in deū: ⁊ vos mihi i filios ⋅
⁊ ego vobis i patrē? Ita vos collegi ⋅ vt gal-
lina pullos ſuos ſub alas ſuas. Modo aūt
quid faciā vobis? Pꝛoijciā voſ a facie mea.
Oblatōnem cū mihi attuleritis auertā faciē
meam a vobis. Dies enim feſtos veſtros et
neomenia ⁊ circūciſioneſ repudiaui. Ego mi
ſi pueroſ meoſ pꝛophetaſ ad vos quos acce
proſ interfeciſtiſ: ⁊ laniaſtiſ coꝛpa eoꝝ: quo
rum ſanguinē exquiraꝫ dicit dominus. Hec
dicit dn̄ſ omnipotenſ. Domꝰ veſtra deſerta
eſt. Pꝛoijciā vos ſicut ventus ſtipulam: ⁊ fi
lij pꝛocreatōnē nō faciēt: quoniā mādatū me
um neglexerunt ⋅ ⁊ quod malū ē coꝛā me fece
runt. Tradam domos veſtraſ populo veniē
ti qui me nō audiētes credūt ⋅ quibꝰ ſigna nō
oſtendi facient que pꝛecepi. Pꝛophetaſ nō
viderunt ⁊ memoꝛabuntur iniquitatū eoꝝ.
Teſtor populi veniētiſ gratiā ⋅ cuiuſ paruuli
exultant cū leticia me nō vidētes ocul' carna-
libuſ ⋅ ſed ſpiritu credētes que dixi. Et nunc
frater aſpice que gloꝛia: ⁊ vide populū veni
entē ab oꝛiēte: quibuſ dabo ducatum abꝛa
am yſaac ⁊ iacob ⁊ oſee ⁊ amoſ ⁊ michee ⁊ io
hel ⁊ abdie ⁊ ione ⁊ naum ⁊ abachuc ſopho
nie aggei zacharie ⁊ malachim: qui ⁊ angelꝰ
domini vocatuſ eſt. C. II.

## Hec dicit dominus

Ego eduxi populum iſtuꝫ de ſer
uitute: quibuſ mandata dedi per
pueroſ meoſ pꝛophetaſ quoſ audire noluerꝰt
ſed irrita fecerūt mea cōſilia. Mater que eoſ
generauit dicit illiſ. Ite filij: quia ego vidua
ſuꝫ ⁊ derelicta. Educaui voſ cū leticia ⋅ ⁊ ami
ſi voſ cum luctu ⁊ triſticia: Quoniā peccaſtiſ
coꝛam domino deo veſtro ⋅ ⁊ quod malum ē
coꝛam eo feciſtiſ. Modo autē quid faciaꝫ vo
biſ? Ego vidua ſum ⁊ derelicta. Ite filij ⋅ et
petite a domino miſꝛicordiam. Ego autem te
pater teſtē inuoco ſuper matrem filioꝛum q̇
noluerunt teſtamētū meū ſeruare: vt des eiſ
confuſionē ⁊ matrē eoꝝ in direptōnem: ne

gñatio eoꝝ fiat. Diſꝑgant̃ in gẽteſ noia eoꝝ̃ deleantur a terra: quoniã ſpreuerunt ſacramentum meum. Ve tibi aſſur: qui abſcondiſ iniquos penes te. Gens mala memorare q̃d fecerim ſodomę ⁊ gomorrę quorũ terra iacet in piceis glebis ⁊ aggeribus cinerum. Sic dabo eos qui me nõ audierunt · dicit domiꝰ omnipotens. Hec dicit dominus ad eſdrã. Nuncia populo meo: quoniam dabo eis regnum hieruſalem quod daturus eram iſrael Et ſumam mihi glor am illorum · ⁊ dabo eis tabernacula ęterna quę pręparaueram illis. Lignum vitę erit illis in odore vngu nti · et non laborabunt neq; fatigabuntur. Ite: et accipietis. Rogate vobis dies paucos vt imorentur. Jam paratum eſt vobis regnuz. Vigilate. Teſtare cęlum ⁊ terram. Contriui enim malum et creaui bonũ: quia viuo ego dicit dominus. Mater amplectere filios tuos: educa illos cum lęticia. Sicut columba confirma pedes eorum: quoniam te elegi dicit dominus. Et reſuſcitabo mortuos de locis ſuis · ⁊ de monumẽtis educã illos: quoniam cognoui nomen meum in iſrael. Noli timere mater filiorũ quoniã te elegi dicit dominuſ. Mittam tibi adiutorium pueros meos yſaiam et hieremiam: ad quorum conſilium ſanctificaui ⁊ paraui tibi arbores duodecim · grauatas varijs fructibus · ⁊ totidez fontes fluentes lac ⁊ mel · ⁊ montes immenſos ſeptem · habẽtes roſam et lilium · in quibus gaudio implebo filios tuos. Viduã iuſtifica · pupillo iudica · egenti da · orphanum tuere · nudum veſti · cõfractum et debilem cura · claudum irridere noli · tutare mancum · ⁊ cecum ad viſionẽ claritatis mee admitte. Senem ⁊ iuuenez intra muros tuos ſerua: mortuoſ vbi inueneris ſignãs cõmẽda ſepulcro · ⁊ dabo tibi primam ceſſionem in reſurrectiõe mea. Pauſa ⁊ quieſce populus meus: quia veniet requies tua. Nutrix bona nutri filioſ tuos: confirma pedes eorum. Seruos quoſ tibi dedi: nemo ex eis interiet. Ego enim eos requiram de numero tuo · noli fatigari. Cum em̃ venerit dies preſſurę ⁊ anguſtie: alij plorabunt ⁊ triſtes erunt: tu aũt hilariſ ⁊ copioſa eris · zelabũt gẽtes · ⁊ nil aduerſus te poterunt dicit dominus. Manus mee tegẽt te: ne filij tui gehẽnã videãt. Jocũdare mr̃ cũ filijs tuis: qr ego te eripiã dic̃ dñs. Filioſ tuoſ dormiẽtes memorare · qm̃ ego eos educã de lateribꝰ t̃rę · ⁊ miam cum illis faciã: quoniam miſericors ſum: dicit dominus omnipotenſ Amplectere natos tuos vſq; dũ venio ⁊ preſtem illis miſericordiam: quoniaz exuberant fonteſ mei · ⁊ gratia mea non deficiet. Ego eſdras pręceptum accepi a domino in monte oreb: vt irem ad iſrael. Ad quos cũ venirem reprobauerunt me · et reſpuerunt mandatũ domini. Ideoq; vobis dico gentes: quę auditis et intelligitis. Expectate paſtorem veſtrum: requiẽ ęternitatis dabit vobis qm̃ i proximo eſt ille qui in fine ſeculi adueniet.

Parati eſtote ad p̃mia regni · quia lux ppetua lucebit vobis: per ęternitatem temporiſ Fugite vmbrã ſeculi huius. Accipite iocũditatẽ glorię veſtrę. Ego teſtor palã ſaluatorez meũ: cõmẽdatũ donũ accipite ⁊ iocũdamini gratias agentes ei qui vos ad cęleſtia regna vocauit. Surgite ⁊ ſtate · ⁊ videte numerum ſignatorum i cõuiuio domini. Qui ſe d̃ vmbra ſeculi tranſtulerunt: ſplendidas tunicas a domino acceperunt. Recipe ſyon numerũ tuum · ⁊ conclude cãdidatos tuos qui legez domini cõpleuerunt. Filiorũ tuorũ quoſ optabas plenus eſt numerus. Roga imperiuz domini: vt ſanctificetur populus tuus q̃ vocatus eſt ab inicio. Ego eſdras vidi ĩ monte ſyon turbam magnam quã numerare nõ potui: et omnes canticis collaudabant dominũ. Et in medio eorum erat iuuenis ſtatura celſus · eminẽtior om̃ibꝰ illis et ſingulis eorũ capitibus impõebat coronas · ⁊ magis exaltabatur. Ego aũt miraculo tenebar. Tunc interrogaui angelũ ⁊ dixi: Qui ſunt hi dñe? Qui reſpõdens dixit mihi. Hi ſũt qui mortalem tunicã depoſuerunt · ⁊ imortalem ſumpſerun · ⁊ cõfeſſi ſunt nomẽ dei. Modo coronantur ⁊ accipiũt palmas. Et dixi angelo. Ille iuuenis quis eſt qui eis coronas imponit ⁊ palmas in manus tradit? Et reſpõdens dixit mihi. Ipſe eſt filius dei: quem in ſeculo cõfeſſi ſunt. Ego aũt magnificare eos cepi: q̃ fortiter pro nomine domini ſteterũt. Tũc dixit mihi angelus. Vade annuncia populo meo qualia ⁊ quanta mirabilia domini dei vidiſti.

C. III.

Anno triceſimo ruinę ciuitatis erã in babilone · ⁊ cõturbatus ſum ſuper cubiculo meo recumbẽs. Et cogitatões meę aſcendebant ſuper cor meũ: quoniã vidi deſertõz ſyon · ⁊ abũdantiam eorum qui habitabãt in babilone. Et ventilatuſ ẽ ſpũs meus valde. Et cepi loqui ad altiſſimum verba timorata ⁊ dixi: O domiator domine tu dixiſti ab inicio quãdo plantaſti terrã · ⁊ hoc ſolus · ⁊ imperaſti populo · ⁊ dediſti adam corpus mortuum · ſed ⁊ ipm figmentũ manuum tuarum erat ⁊ inſufflaſti in eum ſpũm vitę · ⁊ factus eſt viuens coram te · ⁊ induxiſti eũ in paradiſo quẽ plantauerat dextera tua anteq; terra adueniarz. Et huic mãdaſt: diligere viã tuã ⁊ p̃teriuit eã · ⁊ ſtatim inſtituiſti in eũ mortẽ ⁊ in natõibus eius · ⁊ nate ſunt gẽtes ⁊ tribꝰ ⁊ populi ⁊ cognatões quarum non eſt numerus. Et ambulauit vnaqueq; gens in volũtate ſua · ⁊ mira agebant coraz te ⁊ ſpernebant p̃cepta tua. Iterũ aũt in tpe iduxiſti diluuiũ ſuper inhabitantes ſeculũ · ⁊ perdidiſti eos. Et factuz eſt in vnoquoq; eoꝝ ſicut ade mori: ſic his diluuiũ. Dereliquiſti aũt vnũ ex his noe cũ domo ſua · ⁊ ex eo iuſti omẽs. Et factũ ẽ cuz cepiſſent multiplicari qui habitabant ſuper terrã · ⁊ multiplicauerunt filieſ ⁊

pop·los ⁊ gentes multas· ⁊ ceperūt iterato
impietatē facere plus ꝙ̄ priores. Et factū
eſt cū iniquitatē facerent corā te: elegiſti tibi
virū ex his cui nomē erat abraā. Et dilexiſti
eum· et demōſtraſti ei ſoli voluntatem tuā.
Et diſpoſuiſti ei teſtamentū eternū ⁊ dixiſti
ei vt nonunꝙ̄ derelinqueres ſemē eius. Et
dediſti ei yſaac· ⁊ yſaac dediſti iacob ⁊ eſau.
Et ſegregaſti tibi iacob: eſau aūt ſepaſti. Et
factus eſt iacob in multitudine magna. Et fa
ctum eſt cum educeres ſemē eius ex egipto:
adduxiſti ſuper mōtem ſyna. Et inclinaſti ce
los ⁊ ſtatuiſti terrā· ⁊ cōmouiſti orbē· ⁊ tre-
mere feciſti abyſſos· ⁊ conturbaſti ſeculum·
⁊ tranſijt gloria tua portas quattuor ignis ⁊
terremotus ⁊ ſpūs et gelu· vt dares ſemini
iacob legem· ⁊ generatōni iſrael diligentiā.
Et non abſtuliſti ab eis cor malignum: vt fa
ceret lex tua in eis fructū. Cor em̄ malignū
baiulans primus adam trāſgreſſus ⁊ vict⁹
eſt: ſed ⁊ om̄es qui de eo nati ſunt. Et facta ē
ꝑmanens infirmitas· ⁊ lex cū corde populi
cum malignitate radicis· ⁊ diſceſſit qđ bonū
eſt· ⁊ manſit malignū. Et tranſierunt tempo
ra ⁊ finiti ſunt anni· ⁊ ſuſcitaſti tibi ſeruū no
mine dauid. ⁊ dixiſti ei edificare ciuitatē noīſ
tui· ⁊ offerre ibi in eadem thus ⁊ oblatōneſ.
Et factum eſt hoc annis multis· et delique-
runt qui habitabant ciuitatē in oībus faciē-
tes ſicut fecit adam ⁊ om̄eſ generatōnes ei⁹.
Utebantur em̄ et ipſi corde maligno. Et tra
didiſti ciuitatē tuā in manibus inimicorum
tuorū. Nunquid meliora faciunt qui habi-
tant babilonē? Et propter hoc dn̄abitur ſy-
on. Factum eſt cū veniſſem huc ⁊ vidiſſem ī-
pietates quarū nō eſt numerus· ⁊ delinquē-
tes multos: vidit anima mea hoc triceſimo
anno ⁊ exceſſit cor meum: qm̄ vidi quō ſuſti
nes eos peccantes· ⁊ peperciſti impie agen-
tibus· ⁊ perdidiſti populū tuū ⁊ conſeruaſti
inimicos tuos ⁊ nō ſignificaſti. Nihil memi
ni quō debeat dereliq̄ via hec. Nūquid me
liora facit babylon ꝙ̄ ſyon: aut alia gens co
gnouit te ꝑter iſrael? Aut que tribuſ credide
runt teſtamentis tuis ſicut iacob? Quarum
merces non compauit: neq̄ labor fructifica
uit. Pertrāſiens em̄ pertrāſiui ī gentibus·
⁊ vidi abūdantes eas· ⁊ nō memorantes mā
datorū tuorū. Nunc ergo pondera in ſtate-
ra noſtras iniquitates ⁊ eorū qui habitant ī
ſeculo: ⁊ nō inuenietur nomē tuū niſi in iſra
el. Aut qn̄ nō peccauerunt ī conſpectu tuo q̄
habitant terram: aut que gens ſic obſuauit
mādata tua? Hos quidem per noīa inueni
es ſeruaſſe mandata tua· gētes aūt n̄ iueniеſ

C. IIII.

ET reſpondit ad me
angelus qui miſſus ē ad me cui no
men huriel· ⁊ dixit mihi: Excedens exceſſit
cor tuū in ſeculo hoc· et comprehendere co
gitas viam altiſſimi. Et dixi: Ita domine
meus. Et reſpondit mihi· et dixit: Tres viaſ
miſſus ſum oſtendere tibi· ⁊ tres ſimilitudi-
nes proponere coram te· de quibus mihi ſi
renunciaueris vnā ex his· et ego tibi demō-
ſtrabo viā quā deſideraſ videre ⁊ docebo te
vnđ ſit cor malignū. Et dixi loquere dn̄e me
us. Et dixit ad me. Uade pōdera mihi ignis
pondus: aut menſura mihi flatū venti: aut
reuoca mihi diē que preterijt. Et reſpondi ⁊
dixi: Quis natorū poterit facere vt me inter
roges de his? Et dixit ad me. Si eſſem inter
rogans te dicens: quāte habitatōes ſunt in
corde maris· aut quāte vene ſunt in princi-
pio abyſſi· aut quāte vene ſunt ſuꝑ firmamē
tum· aut qui ſunt exituſ paradiſi: diceres mi
hi fortaſſis in abyſſum nō deſcendi: neq̄ in
infernū adhuc: neq̄ in celum nūꝙ̄ aſcendi.
Nūc autem non interrogaui te niſi de igne ⁊
vēto ⁊ die per quē trāſiſti: ⁊ a quibus ſeparī
non potes· ⁊ n̄ reſpōdiſti mihi de eis. Et di-
xit mihi. Tu que tua ſunt: tecum coadoleſcē
tia non poteſ cognoſcere. Et quō poterit vaſ
tuum capere altiſſimi viā· et iā exterius cor-
rupto ſeculo intelligere corruptōnē euiden-
tē in facie mea? Et dixi illi. Melius erat noſ
nō eſſe ꝙ̄ adhuc viuētes viuere ī ipietatib⁹
⁊ pati ⁊ non ītelligere de qua re. Et reſpon-
dit ad me ⁊ dixit: Proficiſcēs profectus ſū
ad ſiluā lignorū capi: ⁊ cogitauerūt cogitatō-
nem et dixerūt. Uenite ⁊ eamus ⁊ faciamus
ad mare bellū: vt recedat coram nobis ⁊ faci
amus nobis alias ſiluas. Et ſimiliter fluct⁹
maris ⁊ ipſi cogitauerūt cogitatōnē· ⁊ dixe-
runt: Ueite aſcēdētes debellamus ſiluas cā
pi: vt ⁊ ibi ꝯſumemus nobiſmetipſis aliam
regionem. Et factus eſt cogitatus ſilue ī va-
num. Ueit em̄ ignis ⁊ conſumpſit eam. Si
militer ⁊ cogitatus fluctuum maris. Stetit
enim arena ⁊ prohibuit eos. Si enim eſſes
iudex horū: quē īciperes iuſtificare: aut quē
cōdemnare? Et reſpondi· ⁊ dixi: Utiq̄ vanā
cogitatōnē cogitauerūt. Terra eniꝫ data eſt
ſilue et mari locus portare fluctus ſuos. Et
reſpondit ad me· ⁊ dixit: Bene tu iudicaſti.
Et quare nō iudicaſti tibimetipſi? Quemad
modū enim terra ſilue data eſt· ⁊ mare flucti
bus ſuis· ſic qui ſuꝑ terram inhabitāt q̄ ſunt
ſuper terrā intelligere ſolūmō poſſunt· ⁊ qui
ſuper celos q̄ ſuꝑ altitudinē celorum. Et re
ſpondi· ⁊ dixi: Deprecor te dn̄e· vt mihi deſ
ſenſus ītelligēdi. Nō em̄ volui interrogare
de ſuperiorib⁹ tuis: ſed de his que pertran
ſeūt per noſ quotidie: propter quid iſrael da
tus in opprobriū gentibus queꝫ dilexiſti po
pulū datus eſt tribubus impijs: ⁊ lex patrū
noſtrorum in interitū deducta ē· ⁊ diſpoſitō
nes ſcripte nuſꝙ̄ ſunt: ⁊ pertrāſiuimus đ ſe
culo vt locuſte· ⁊ vita noſtra ſtupor ⁊ pauor:
Et nec digni ſū⁹ miſericordiā conſequi. Sꝫ
quid faciet nomini ſuo qđ inuocatū eſt ſuꝑ
nos? Et de his interrogaui· ⁊ reſpondit ad
me· ⁊ dixit: Si fueris plurimū ſcrutat⁹· fre
quenter mideris. Quoniā feſtinās feſtiat
ſeculū pertranſire· ⁊ nō capit portare que in-

futuris tempoꝛibuſ· iuſtis repꝛomiſſa ſunt:
qm̄ plenū iniuſticia eſt ſeculū hoc et infirmi-
tatibus. De quibus autē interrogas· dicā:
Seminatum eſt em̄ malū· ⁊ necdū venit de
ſtructō ipius. Si ergo nō inuerſuȝ fuerit qḋ
ſeminatū eſt· ⁊ diſceſſerit locuſ vbi ſeminatū
eſt malū: non veniet vbi ſeminatū ē bonuȝ.
Quoniam gramē ſeminis mali ſeminatuȝ ē
in coꝛde adam ab inicio· ⁊ quantum impie-
tatis generauit vſq̄ nunc· ⁊ generat vſq̄ cū
veniat area. Eſtima aūt apud te granū mali
ſeminis quātum fructum impietatis genera
uit: quādo ſecatę fuerint ſpicę quarum non ē
numerus: q̄ȝ magnam aream incipient face
re. Et reſpondi· ⁊ dixi: Quo· ⁊ qn̄ hec? Qua
re modici et mali anni noſtri? Et reſpōdit ad
me ⁊ dixit mihi: Non feſtines tu ſuper altiſ
ſimum. Tu enim feſtinas inaniter eſſe ſuper
ipſum. Nam exceſſus tuuſ multus. Nonne
de his iterrogauerūt animę iuſtoꝛū in pꝛōp
tuarijs ſuis· dicētes: Uſq̄ quo ſpero ſic ⁊ qn̄
vēiet fructus areę mercediſ noſtrę? Et reſpō
dit ad ea hieremiel archangel⁹· et dixit: Qn̄
ipletus fuerit nūer⁹ ſeminū i vobiſ: qm̄ i ſta
tera pōderauit ſeculū· ⁊ m̄ſura m̄ſurauit tpa
et numero nūerauit tēpoꝛa· ⁊ n̄ cōmouit nec
excitauit vſq̄ dum impleatur pꝛędicta men-
ſura. Et reſpondi· ⁊ dixi. O dominatoꝛ dn̄e:
ſed ⁊ nos om̄s pleni ſumus impietate. Et ne
foꝛte pꝛopter nos nō impleantur iuſtoꝛum
areę: pꝛopter peccata inhabitātiuȝ ſuper ter-
ram. Et reſpondit ad me et dixit. Uade et in
terroga pꝛęgnanteȝ ſi qn̄ impleuerit nouem
menſes ſuos· adhuc poterit matrix eius reti
nere partum in ſemetipſa. Et dixi: Nō poteſt
domine. Et dixit ad me. In inferno pꝛomp-
tuaria aniarū· matrici aſſimilata ſunt. Quē-
admodū em̄ illa feſtinat q̄ parit effugere ne-
ceſſitatem partus. ſic ⁊ hec feſtinat reddere
ea quę cōmendata ſunt. Ab inicio tibi demō
ſtrabitur de his quę concupiſcis videre. Et
reſpondi· et dixi Si inueni gratiam ante ocu
los tuos· ⁊ ſi poſſibile eſt· ⁊ ſi idoneus ſum:
demōſtra mihi ſi plus q̄ȝ p̄teritum ſit· habet
venire: aut plura ptranſierunt ſupꝛa q̄ȝ futu
rum eſt. Quid ptranſiuit ſcio: quid autem
futurum ſit ignoꝛo. Et dixit ad me. Sta ſup
dexteram partem· ⁊ demōſtrabo tibi interp
tatōnem ſimilitudinis. Et ſteti et vidi· ⁊ ecce
foꝛnax ardens tranſijt coꝛam me. Et factum
eſt cum tranſirȝ flama vidi· ⁊ ecce ſupauit fu
mus. Poſt hec trāſijt coꝛam me nubes plēa
aquę: ⁊ immiſit pluuiam impetu multaȝ. Et
cum tranſiſſet impetus pluuię ſupauerunt i
ea guttę. Et dixit ad me. Cogita tibi. Sicut
creſcit pluuia amplius q̄ȝ guttę· ⁊ igniſ q̄ȝ fu
mus: ſic ſuperabundauit quę tranſiuit men
ſura. Supauerūt aūt guttę ⁊ fumus. Et oꝛa
ui et dixi. Putas viuo vſq̄ in diebus illis?
Uel quid erit in diebus illis? Reſpondit ad
me· ⁊ dixit: De ſignis de quibus me interro
gas ex parte poſſum tibi dicere· de vita autē
tua nō ſum miſſus dicere tibi: ſed neſcio.

C. V.

DE ſignis autem ec
ce dies venient in quibus ap-
pꝛehendentur qui inhabitāt ter
ram in cenſu multo· ⁊ abſcondetur veritatis
via ⁊ ſterilis erit a fide regio· ⁊ multiplicabi-
tur iniuſticia ſuper hanc quē ipſe tu vides· ⁊
ſuper quam audiſti olim· ⁊ erit impoſitō ve-
ſtigio q̄ȝ nunc videſ regnare regionē· ⁊ vide
bunt eam deſertam. Si aūt tibi dederit altiſ
ſimus viuere videbis poſt terciam tubam·
⁊ relucceſcet ſubito ſol noctu· ⁊ luna ter i die·
⁊ de ligno ſanguis ſtillabit· ⁊ lapis dabit vo
cem ſuam· ⁊ populi ꝯmouebuntur· ⁊ regna-
bit quem nō ſperant qui inhabitāt ſuper ter
ram· ⁊ volatilia cōmigratōnem faciēt. ⁊ ma.
re ſodomiticum piſces reijciet· ⁊ dabit voceȝ
noctu quam non nouerāt multi. Om̄es autē
audient vocem eius. Et chaos fiet per loca
multa· ⁊ ignis frequēter remittetur· ⁊ beſtię
agreſtes trāſmigrabunt· ⁊ mulieres mēſtrua
te parient monſtra· ⁊ in dulcibus aquis ſalſe
inuenientur· ⁊ amici omnes ſemetipſos expu
gnabūt· ⁊ abſcondetur tunc ſenſus· et intel
lectus ſepabitur in pꝛomptuariū ſuū. ⁊ quę
retur a multis et nō inuenietur: ⁊ multiplicabitur
iniuſticia et incōtinētia ſuper terraȝ. Et inter
rogabit regio pꝛoximam ſuam. ⁊ dicet: Nū
quid per te ptranſijt iuſticia iuſtū facienſ. Et
hoc negabit. Et erit in illo tempoꝛe· ⁊ ſpera
bunt homines ⁊ nō impetrabūt· laboꝛabūt
⁊ nō dirigentur vię eoꝛum. Hec ſigna dice
re tibi: permiſſum eſt mihi. Et ſi oꝛaueris ite
rum· ⁊ ploꝛaueris ſicut ⁊ nunc· ⁊ ieiunaueriſ
ſeptem diebus: audies iterato hoꝛum maio
ra. Et euigilaui ⁊ coꝛpus meum hoꝛruit val
de· ⁊ aīa mea laboꝛauit vt deficerȝ. Et tenuit
me qui venit angelus qui loq̄batur in me ⁊ cō
foꝛtauit me et ſtatuit me ſuper pedes. Et fa
ctuȝ eſt i nocte ſecūda· ⁊ venit ad me ſalathi
el dux populi· ⁊ dixit mihi. Ubi eraſ? Et qua
re vultus tu⁹ triſtis? Aut neſcis qm̄ tibi cre-
ditus eſt iſrael in regione tranſmigratōis eo
rum? Exurge ergo ⁊ guſta panem: ⁊ nō dere
linquas nos ſicut paſtoꝛ gregem ſuum in ma
nibus lupoꝛum malignoꝛum. Et dixi ei: Ua
de a me: et non appꝛopies ad me. Et audiuit
vt dixi· et receſſit a me. Et ego ieiunaui dieb⁹
ſeptem vlulans et ploꝛās: ſicut mihi māda-
uit huriel angeluſ. Et factuȝ eſt poſt dies ſep
tem: et iterū cogitatōnes coꝛdis mei mole-
ſtę erant mihi valde. Et reſumpſit aīa mea
ſpūm intellectus· et iterum cepi loqui coꝛaȝ
altiſſimo ſermones. Et dixi: Dominatoꝛ do-
mine ex omī ſilua terrę et omibus arboꝛibuſ
eius elegiſti vineā vnicam: et ex omni terra
oꝛbis elegiſti tibi foueam vnam. et ex oībus
floꝛib⁹ oꝛbis elegiſti tibi liliū vnū. Et ex oī-
bus abyſſis maris repleſti tibi riuum vnuȝ:
et ex omnibus ędificatis ciuitatibus ſancti-
ficaſti tibimetipſi ſyon: et ex creatis volatili-
bus nominaſti tibi columbam vnaȝ. et ex oī
bus plaſmatis pecoꝛibuſ pꝛouidiſti tibi ouē

vnam·et ex omibus multiplicatis populis
acquiſiuiſti tibi populum vnum·et ab om-
nibus probatam legem donaſti huic quem
deſideraſti populo : Et nunc domie vt quid
tradidiſti vnum pluribus? Et preparaſti ſu
per vnã radicem alias : Et diſperdidiſti vni-
cum tuum in multis. Et conculcauerũt eũ q̃
cõtradicebãt ſponſionibus tuis : quiq̃ȝ tuis
teſtamentis nõ credebant. Et ſi odiẽs odiſti
populum tuum : tuis manibus debet caſtiga
gari. Et factum eſt cũ locutus eſſeȝ ſermões·
et miſſus ẽ angelus ad me qui ante venerat
ad me p̃terita nocte·⁊ dixit mihi : Audi me et
inſtruam te·⁊ intende michi· et adijciam co
ram te. Et dixi : Loquere domie meus. Et di
xit ad me : Ualde tu in exceſſu mentis factuſ
es pro iſrael. An plus dilexiſti eũ q̃ȝ qui euȝ
fecit? Et dixi ad eum : Non dñe : ſed dolens
locutus ſum. Torquent eñ me renes mei ꝑ
omnem horam querentem apprehendere ſe
mitam altiſſimi·⁊ inueſtigare partem iudicij
ei⁹. Et dixit ad me : Nõ potes. Et dixi : Qua
re domine? Ad quid naſcebar : aut quare nõ
fiebat matrix matris mee mihi ſepulcruȝ : vt
non viderem laborẽ iacob ⁊ defatigatõnem
generis iſrael? Et dixit ad me : Numera mi-
hi que necdum venerant : ⁊ collige mihi di-
ſperſas guttas. Et reuirida mihi aridos flo-
res·⁊ aperi mihi clauſa promptuaria : ⁊ pro-
duc mihi incluſos in eis flatus. Demonſtra
mihi vocis ymaginem : ⁊ tunc oſtẽdã tibi la-
borem quem rogas videre. Et dixi : Dñator
dñe : quis eñ eſt qui poteſt hec ſcire· niſi qui
cũ hominibus habitatõnem nõ habet? Ego
autem inſipienſ·⁊ quõ potero dicere de his
quib⁹ me interrogaſti? Et dixit ad me : Quõ
non potes facere vnum de hiſ que dicta ſũt :
ſic nõ poteris inuenire iudicium meum : aut
in fine charitatẽ quã populo promiſi. Et di-
xi : Sȝ ecce domine : tu prope es his qui ĩ fi-
nẽ ſunt. Et quid facient qui ante me fuerũt :
aut nos·aut hi qui poſt noſ? Et dixit ad me :
Corone aſſimilabo iudicium meum. Sicut
non nouiſſimorum tarditas : ſic nec prio-
rum velocitas. Et reſpondi· et dixi : Nec
poteras facere eos qui facti ſunt· et qui
ſunt· et qui futuri ſunt in vnum : vt cele-
rius iudiciũ tuum oſtendas? Et reſpõdit ad
me·⁊ dixit : Nõ poteſt feſtinare creatura ſuꝑ
creatorem : nec ſuſtinere ſeculum eos qui in
eo creandi ſunt in vnum. Et dixi : Quomo-
do dixiſti ſeruo tuo : quoniam viuificãſ viui
ficaſti a te creatam creaturam in vnum·⁊ ſu
ſtinebat creatura : poterit ⁊ nunc portare pre
ſentes in vnum. Et dixit ad me : Interroga
matricem mulieris·⁊ dices ad eam. Et ſi pa
ris : quare per tempus? Roga ergo eam : vt
det decem in vnum. Et dixi : Nõ vtiq̃ȝ pote-
rit·ſed ſm tempuſ. Et dixit ad me : Et ego de
di matricem terre his qui ſeminati ſunt ſuꝑ
eam per tempus. Queadmodũ eñ infans
non parit ea que ſenuȝ ſunt·ſic ego diſpoſui
a me creatũ ſeculũ. Et interrogaui·⁊ dixi : Cũ
iam dederis mihi viam loquar corã te. Naȝ
mater noſtra d̾ qua dixiſti mihi·adhuc iuue
nis eſt : iam ſenectuti appropiquat. Et reſpõ
dit ad me·⁊ dixit : Interroga eã que parit·et
dicet tibi : Dices eñ ei. Quare quos peperi
ſti nũc·nõ ſunt ſimiles his qui ante te·ſȝ mi-
noreſ ſtatura? Et dicet tibi ⁊ ipſa. Alij ſunt q̃
in iuuentute virtutis nati ſunt·⁊ alij qui ſub
tẽpore ſenectutis deficiente matrice ſunt na-
ti. Cõſidera ergo ⁊ tu qm̃ minori ſtatura eſtis
pre his qui ante vos : ⁊ qui poſt vos minori
q̃ȝ vos·quaſi iam ſeneſcẽtes creature ⁊ forti
tudinẽ iuuentutis pretereunteſ. Et dixi : Ro
go dñe ſi inueni gratiam ante oculos tuos :
demõſtra ſeruo tuo per quem viſites creatu
ram tuam.

C. VI.

ET dixit ad me Ini
tio terreni orbis ⁊ anteq̃ȝ ſtarent
exitus ſeculi ⁊ anteq̃ȝ ſpirarẽt cõ
uentõnes ventorum·⁊ anteq̃ȝ ſonarẽt voceſ
tonitruum·⁊ anteq̃ȝ ſplenderent nitoreſ cho
ruſcatõnum·⁊ anteq̃ȝ cõfirmarentur funda-
menta paradiſi·anteq̃ȝ viderentur decori flo
res·⁊ anteq̃ȝ confirmarentur mote virtuteſ·
anteq̃ȝ colligerentur innumerabiles militie
angelorum·⁊ anteq̃ȝ extollerentur altitudi-
nes aeris·⁊ anteq̃ȝ nominarentur menſure
firmamentorum·⁊ anteq̃ȝ eſtuarent camini
in ſyon·⁊ anteq̃ȝ inueſtigarentur pñtes ãni·
⁊ anteq̃ȝ abalienarentur eorꝫ qui nũc peccãt
adinuentõnes·⁊ anteq̃ȝ cõſignati eſſent qui
fidẽ theſaurizauerũt : tũc cogitaui ⁊ facta ſũt
per me ſolum ⁊ nõ ꝑ alium·⁊ finis per me et
non ꝑ alium. Et reſpõdi·⁊ dixi : Que erit ſe-
paratõ temporũ? Aut quando prioris finis
⁊ ſequentiſ initiũ? Et dixit ad me : Ab abraã
vſq̃ȝ ad yſaac quando nati ſunt ab eo iacob
et eſau manus iacob tenebat ab initio calca-
neum eſau. Finiſ eñ huius ſeculi eſau : ⁊ pri
cipium ſequẽtis iacob. Hominis man⁹ iter
calcaneũ ⁊ manũ. Aliud noli querere eſdra.
Et reſpondi·⁊ dixi : O dñator dñe·ſi inueni
gratiam ante oculos tuos : oro vt demõſtreſ
ſeruo tuo finẽ ſignorꝫ tuorũ : quorũ partẽ mi
hi demõſtraſti nocte precedente. Et reſpon-
dit·⁊ dixit ad me : Surge ſuꝑ pedes tuos· et
audi vocẽ pleniſſimã ſonituſ. Et erit ſicut cõ
motio : nec cõmouebitur locus in quo ſtes
ſuper euȝ. Ideo cũ loquitur tu nõ expaueaſ :
qm̃ de fine verbum·⁊ fundamentũ terre in-
telligitur : qm̃ de ipſis ſermo tremiſcit ⁊ com
mouetur. Scit eni quoniã finẽ eorũ oportet
cõmutari. Et factuȝ eſt cuȝ audiſſem· ſurrexi
ſuper pedes meos·⁊ audiui·et ecce vox lo-
quens·⁊ ſonus eius ſicut ſonus aquarũ mľ
taruȝ·⁊ dixit : Ecce dies veniũt·⁊ erit qñ ap-
propinquare incipiã vt viſitẽ habitantes in
terra·⁊ qñ inquirere incipiã ab eis qui iniu-
ſte nocuerunt iniuſticia ſua·⁊ qñ ſuppleta fu
erit humilitas ſyon·⁊ cũ ſupſignabitur ſecu
lum quod incipiet ꝑtrãſire : hec ſigna faciã.
Libri aperientur ante faciem firmamenti : et

omēs videbunt ſimul. ⁊ anniculi īfantes lo-
quentur vocibus ſuis. ⁊ pregnātes immatu
ros parient infantes triū ⁊ quattuor menſi-
um: ⁊ viuent et ſuſcitabuntur. Et ſubito ap-
perebūt ſeiata loca n̄ ſemiata. ⁊ plēa ꝓmptua-
ria ſubito īuenientur vacua. ⁊ tuba canet cū
ſono. quā cum om̄es audierint. ſubito expa
ueſcent. Et erit: in illo tempore debellabunt
amici amicos. vt inimici. ⁊ expaueſcet terra
cum his. Et venę fontiū ſtabūt. ⁊ nō decur
rent in horis tribus. Et erit: omnis qui dere
lictus fuerit ex omnibus iſtis quibus predi
xi tibi: ipſe ſaluabitur ⁊ videbit ſalutare meū
⁊ finem ſeculi veſtri. Et videbunt qui repleti
ſunt homines qui mortem nō guſtauerunt a
natiuitate ſua. ⁊ mutabitur cor inhabitanti-
um. ⁊ conuertetur in ſenſum alium. Delebi
tur em̄ malū. et extinguetur doluſ. Florebit
aūt fides. ⁊ vincetur corruptela. ⁊ oſtēdetur
veritas quę ſine fructu fuit diebus tantiſ. Et
factum ē cū loquereť mihi. ⁊ ecce paulatim
intuebar ſuper eum an̄ quem ſtabā. ⁊ dixit
ad me hęc: Veni tibi oſtendere tempuſ vētu
rę noctis. Si ergo iterum rogaueris. ⁊ iterū
ieiunaueris ſeptem diebus. iterū tibi renūci
abo horū maiora per diē quā audiui. Audita
eſt enim vox tua apud altiſſimū. Vidit enim
fortis directōnē tuam. ⁊ prouidit pudiciciā
quā a iuuētute tua habuiſti. ⁊ ꝓpter hoc mi-
ſit me demoſtrare tibi hęc oīa. ⁊ dicere tibi:
Confide et noli timere. ⁊ noli feſtinare cum
prioribus temporibus cogitare vana. vt nō
properes a nouiſſimis temporibus. Et fcm̄
eſt poſt hęc ⁊ fleui iterum ⁊ ſimiliter ieiunaui
ſeptē diebus: vt ſuppleā tres hebdomadas
quę dictę ſunt mihi. Et factum eſt in octaua
nocte: ⁊ cor meū turbatur iterato in me. ⁊ ce
pi loqui corā altiſſimo: Inflamabať em̄ ſpūſ
meuſ valde. ⁊ aīa mea anxiabatur. et dixi. O
dn̄e loquēs locutus es ab initio creaturę in
primo die dicens: Fiat celum ⁊ terra. ⁊ tuū
verbum opus perfectum. Et erat tunc ſpūſ.
⁊ tenebrę circumferebantur ⁊ ſilentiū: ſonuſ
vocis hominis nondū erat abſ te. Tunc di-
xiſti de theſauris tuis proferri lumē lumino
ſum: quo appareret opus tuum. Et die ſecū
do creaſti ſpūm firmamenti. et impaſti ei vt
diuideret ⁊ diuiſionē faceret inter aquas: vt
pars quędā ſurſum recederet: pars vero de-
orſū maneret. Et tercia die imperaſti aquiſ
cōgregari in ſeptima parte terrę: ſex vero ꝑ-
tes ſiccaſti ⁊ conſeruaſti: vt ex his ſint corā
te miniſtrantia ſeminata a deo et culta. Ver
bum enim tuum proceſſit. ⁊ opus ſtatim fie-
bat. Proceſſit em̄ ſubito fructus multitudi
nis immenſus et cōcupiſcentię guſtus mul-
tiformes: ⁊ flores colore imutabili: ⁊ odoreſ
odoramenti inueſtigabiliſ. Et die tercio hęc
facta ſunt. Quarta aūt die impaſti fieri ſolis
ſplendorem: lunę lumen. ſtellarū diſpoſitō-
nē. ⁊ imperaſti eis vt deſeruirent futuro plaſ
mato homini. Quito aūt die dixiſti ſeptimę
parti vbi erat aqua congregata vt procreārē
aialia et volatilia ⁊ piſceſ. ⁊ ita fiebat. Aqua
muta ⁊ ſine anima quę dei nutu iubebātur
anialia faciebat: vt ex hoc mirabilia tua na-
tiones enarrent. Et tūc ꝯſeruaſti duas aias
nomen vni vocaſti enoch. et nomē ſecundę
vocaſti leuiathā. ⁊ ſepaſti ea ab alterutro. Nō
ei poterat ſeptia pars vbi erat aqua congre-
gata capere ea. Et dediſti enoch vnam par-
tē quę ſiccata eſt tercio die vt habitet in ea:
vbi ſunt montes mille. Leuiathan aūt dedi-
ſti ſeptimā partē humidam ⁊ ſeruaſti eā vt
fiat in deuoratōnem quibus vis et quando
vis. Sexto autē die impaſti terrę vt crearet
coram te iumenta ⁊ beſtiaſ ⁊ reptilia. ⁊ ſuper
his adam: quem conſtituiſti ducem ſuper oī
bus factis quę feciſti. ⁊ ex eo educimur nos
omnes quēq elegiſti populum. Hęc autē
omnia dixi corā te domine. quia propť noſ
creaſti ſeculū. Reſiduas aūt gentes ab adā
natas dixiſti eas nil eſſe. ⁊ qm̄ ſaliuę aſſimi-
latę ſunt. ⁊ quaſi ſtillicidiū de vaſe ſimilaſti
abundantiam eorum. Et nunc domine ecce
iſtę gentes quę in nihilū deputatę ſunt: cepe
runt dominari noſtri ⁊ deuorare. nos autē
populus tuus quem vocaſti primogenitū
vnigenitum ęmulatorem tuum. traditi ſum⁹
in manibus eorū. Et ſi propter nos creatum
eſt ſeculum: quare non hereditatem poſſide
mus cum ſeculo. Vſq̄quo hęc?

C. VII.

Et factum eſt cum
finiſſem loqui verba hęc: miſſ⁹
ē ad me āgelus. qui miſſus fue
rat ad me primiſ noctib⁹. ⁊ dixit ad me: Sur
ge eſdra. ⁊ audi ſermones quos veni loqui
ad te. Et dixi: Loquere deus meus. Et dixit
ad me. Mare poſitum eſt in ſpacioſo loco vt
eſſet altum et immenſum: erit aūt ei introituſ
in anguſto loco poſituſ: vt eſſet ſimilis flumi
nibus. Quiſ em̄ volēs voluerit ingredi ma
re ⁊ videre eum vel dn̄ari eius: ſi non tranſie
rit anguſtū. i latitudinē venire qūo poterit?
Item aliud. Ciuitas ē ędificata ⁊ poſita in lo
co campeſtri: eſt aūt plena oīm bonorū. In
troitus eius anguſtus ⁊ in precipiti poſit⁹:
vt eſſet a dextris quidem igniſ. a ſiniſtris aq̄
alta. ſemita aūt eſt vna ſola inter eos poſita.
hoc eſt inter ignem ⁊ aquā vt nō capiat ſemi
ta niſi ſolūmodo veſtigium homis. Si autē
dabitur ciuitas homini in hereditatē. ſi nun
q̄ antepoſitū periculū ptranſierit quō acci
piat hereditatem ſuam? Et dixi. Sic domie
Et dixit ad me. Sic eſt et iſrael pars. Prop
ter eos enim feci ſeculum ⁊ quando trāſgreſ
ſus eſt adam cōſtitutōnes meas: iudicatum
eſt quod factum eſt. Et facti ſunt introit⁹ hu
ius ſeculi anguſti ⁊ dolētes et laborioſi: pau
ci autem ⁊ mali ⁊ periculorum pleni. ⁊ labo
re magno opere fulti: nam maioris ſeculi in
troitus ſpacioſi et ſecuri. ⁊ facientes immor
talitatis fructū. Si ergo ingredientes non
fuerunt ingreſſi qui viuunt: anguſta ⁊ vana

hęc. non potuerunt recipere quę ſunt repoſi
ta. Nūc ergo tu quare cōturbaris cū ſis cor
ruptibilis. ⁊ quid moueris tu cum ſis mor-
talis? Et quare non accepiſti ī corde tuo qđ
ē futurū: ſed quod in pręſenti? Reſpondi et
dixi: Dominator dn̄e ecce diſpoſuiſti lege tua
quoniam iuſti hereditabunt hęc: Impij au
tem peribunt: iuſti autem ferent anguſta.
ſperantes ſpacioſa. Qui enim impie geſſe-
runt. ⁊ anguſta paſſi ſunt. ⁊ ſpacioſa non vi-
debūt. Et dixit ad me. Non eſt iudex ſup̱ de
um: neq̃ intelligens ſuper altiſſimū. Pere-
unt em̄ multi pręſentes: quia negligitur quę
anteposita eſt dei lex. Mandans em̄ manda
uit deus venientibus. qn̄ venerunt: quid fa
cientes viuerent. ⁊ quid obſeruātes nō pu-
nirentur. Hi autem non ſunt perſuaſi et cō-
tradixerunt ei. ⁊ ꝯſtituerūt ſibi cogitamē va
nitatis. ⁊ propoſuerūt ſibi circūuentōes de-
lictorum. ⁊ ſuperdixerunt altiſſimo non eſſe.
⁊ vias eius nō cognouerūt ⁊ legem eiꝰ ſpre-
uerunt. ⁊ ſponſiones eius abnegauerunt. et
in legitimis eius fidem non habuerūt. ⁊ ope
ra eius non perfecerūt. Propter hoc eſdra
vacua vacuis. ⁊ plena plenis. Ecce tempus
veniet. ⁊ erit qn̄ venient ſigna quę prędixi ti-
bi. Et apparebit ſponſa et appareſcens oſtē-
detur quę nunc ſubducitur terra. ⁊ omnis q̄
liberatus eſt de p̄dictis malis. ipſe videbit
mirabilia mea. Reuelabitur em̄ filius meus
ihesus cum his qui cum eo ſunt. ⁊ iocunda-
buntur qui relicti ſunt in annis quadringen
tis. Et erit poſt annos hos ⁊ morietur filius
meus chriſtus. ⁊ omnes qui ſpiramentuz ha
bent homines. ⁊ conuertetur ſęculum in an
tiquum ſilentium diebus ſeptē ſicut in prio-
ribus iudicijs. ita vt nemo derelinquatur. ⁊
erit poſt dies ſeptem. ⁊ excitabitur qđ nōdū
vigilat ſęculum. ⁊ morietur corruptum. Et
terra reddet qui in ea dormiūt. ⁊ puluis qui
in eo ſilentio habitant. ⁊ promptuaria red-
dent quę eis commendatę ſunt animę. Et re
uelabitur altiſſimus ſuper ſedem iudicij. ⁊ p̄
tranſibunt miſerię. ⁊ longanimitas congre-
gabitur. Iudicium aūt ſolū remanebit: veri
tas ſtabit. ⁊ fides conualeſcet. Et opus ſub-
ſequetur. ⁊ merces oſtendetur. ⁊ iuſticię vi-
gilabūt. ⁊ iniuſticię nō dn̄abuntur. Et dixi:
Primus abraam propter ſodomitas orauit.
⁊ moyſes pro patribus qui in deſerto pecca
uerunt. et qui poſt eum pro iſrael in diebus
achaz ⁊ ſamuelis ⁊ dauid pro confractōne.
⁊ ſalomon pro eis qui venerūt in ſanctōem.
⁊ helias pro his qui pluuiam acceperunt ⁊
pro mortuo vt viueret. ⁊ ezechias pro popu
lo in diebus ſennacherib ⁊ multi pro multis
Si ergo modo quādo corruptibile icreuit.
⁊ iiuſticia mltiplicata ē. ⁊ orauerūt iuſti pro i
pijs: quare et nunc ſic non erit? Et reſpondit
ad me. et dixit: Preſens ſęculum non eſt fi-
nis: gloria in eo frequēs manz. propter hoc
orauerunt pro inualidis. Dies enim iudicij
erit finis temporis huius. ⁊ initium tempo
ris futuri immortalitatis: in quo pertranſi-
uit corruptela ſoluta eſt intemꝑantia. abſciſ
ſa eſt incredulitas: creuit aūt iuſticia. orta eſt
veritas. Tunc em̄ nemo poterit ſaluare eum
qui perijt: neq̃ demergere qui vicit. Et reſpō
di ⁊ dixi: Hic ſermo meus primus ⁊ nouiſſi
mus: quoniam melius erat non dare terraz
adam. vel cum iam dediſſet coercere eum vt
non peccaret. Quid em̄ prodeſt hominibus
in pręſenti viuere in triſticia. ⁊ mortuos ſpe-
rare punitōnez? O tu quid feciſti adaz? Si
em̄ tu peccaſti non eſt factꝰ ſolius tuus caſꝰ
ſed ⁊ noſter qui ex te aduenimus. Quid eniz
prodeſt nobis ſi promiſſuz eſt nobis immor
tale tempus: nos aūt mortalia opera egimꝰ?
Et qm̄ prędicta ē nobis perhennis ſpes: nos
ꝟo peſſimi vani facti ſumus. Et quoniam re
poſita ſunt nobis habitacula ſanitatis ⁊ ſe-
curitatis: nos vero male conuerſati ſumus.
Et quoniaz repoſita gloria altiſſimi protege
re eos qui tarde conuerſati ſunt: nos autem
peſſimis vijs ambulauimꝰ. Et quoniā oſtē-
detur paradiſus cuius fructus incorruptus
perſeuerat in quo eſt ſecuritas ⁊ medela. nos
vero non ingrediemur. In ingratis enim lo
cis conuerſati ſnmus. Et quoniaz ſuper ſtel
las fulgebunt facies eorum qui abſtinentiā
habuerunt: noſtrę aūt facies ſuper tenebras
nigrę. Non eniz cogitauimus viuētes quā
do iniquitatem faciebamus ꝙ incipiemꝰ pꝰ
mortem pati. Et reſpondit. ⁊ dixit: Hoc ē co
gitamentuz certaminis quod certabit qui ſu
per terram natus eſt homo: vt ſi victus fue
rit patiatur quod dixiſti. Si autē vicerit reci
piet quod dico: quoniā hęc eſt vita quā mo-
yſes dixit cum viueret ad populum. dicens:
Elige tibi vitam ⁊ viuas. Nō crediderūt au-
tem ei: ſed nec poſt eum prophetis. Sz nec
mihi qui locutꝰ ſum ad eos: quoniā nō eſſet
triſticia in ꝑditōnem eoruz ſicut futurum eſt
gaudium ſup̱ eos qbꝰ ꝑſuaſa eſt ſalus. Et re
ſpondi. et dixi: Scio domine quoniam vo
catꝰ eſt altiſſimꝰ miſericors in eo ꝙ miſereat̃
his qui nōdū in ſęculo aduenerūt. ⁊ ꝙ miſe
ret̃ illis qui cōuerſationez faciūt in lege eiꝰ.
⁊ lōganimis eſt: quoniā longanimitatem pręſ
tat his q̄ peccauerūt quaſi ſuis operibus. et
munificus ē: quoniā quidē donare vult pro
exigentijs. ⁊ multę miſericordię. quoniā mul
tiplicat magis miſericordias his qui pręſen
tes ſunt ⁊ qui p̄terierūt ⁊ q̄ futuri ſunt. Si eni
non multiplicauerit miſericordias ſuas. nō
viuificabitur ſęculū cū his qui īhabitabunt
in eo. Et donat: quoniam ſi non donauerit đ
bonitate ſua. vt alleuiētur hi qui iniquitatez
fecerūt de ſuis iniquitatibꝰ: non poterit deci
es milleſima pars viuificari hoīm. Et iudex
ſi non ignouerit his q̄ curati ſunt verbo eiꝰ.
et deleuerit multitudinem contemptōnum
non fortaſſis derelinquerētur i innumerabi
li multitudine niſi pauci valde. C. VIII.

Et reſpōdit ad me
⁊ dixit: Hoc ſęculum fecit altiſ

ſimuſ propter multoſ·futurũ aũt propt͛ pau
cos. Dicam aũt corã te ſimilitudinem eſdra.
Qũo aũt interrogabis terrã·⁊ dicet tibi:qm̃
dabit terrã multã magiſ vnde fiat fictile·par
uum autem puluerem vnde aurum fit·ſic et
actus pręſentis ſęculi. Multi quidem crea-
ti ſunt:pauci aũt ſaluabuntur. Et reſpõdi·et
dixi: Abſorbe ergo anima ſenſum·⁊ deuora
quod ſapit. Conueniſti em̃ obaudire·et pro
phetare volens: Nec enim tibi eſt datũ ſpa-
cium niſi ſolũmodo viuere. O domine ſi nõ
permittes ſeruo tuo vt oremus coram te·et
des nobis ſemen cordi ⁊ ſenſui culturã: vn
de fructus fiat: vnde viuere poſſit omniſ cor
ruptus qui portabit locum hominis? Sol⁹
em̃ es·⁊ vna plaſmatõ nos ſumus manuũ
tuarum ſicut locutus es. Et quõ nũc in ma-
trice plaſmatum eſt corpus et pręſtans mẽ-
bra·cõſeruatur in igne et aqua tua creatio·
⁊ nouem menſibus patitur tua plaſmatõ tu
am creaturam quę in ea creata eſt: ipm autẽ
quod ſeruat et quod ſeruatur vtraq̃ ſerua-
buntur·ſeruataq̃ qñq̃ iterũ reddit matrix
quę in ea creuerunt. Impaſti em̃ ex ipſis mẽ
bris hoc eſt mãmillis p̃bere lac fructui mã-
millarum·vt nutriatur id quod plaſmatum
eſt vſq̃ in tempus aliquod·⁊ poſtea diſpo-
nas eũ tuę miſericordię. Enutriuiſti cũ tua
iuſticia·⁊ erudiſti eũ in lege tua·⁊ corripui
ſti eum tuo intellectu·⁊ mortificabis eũ vt
tua creatura·⁊ viuificabis eum vt tuum op⁹
Si ergo perdideris eum qui tantis labori-
bus plaſmatus eſt: tuo iuſſu facile ẽ ordina-
ri vt ⁊ id quod fiebat ſeruaretur. Et nunc do
mine dicam: de omni homine tu magis ſciſ·
de populo autem tuo ob quem doleo·⁊ d͛ hę
reditate tua ꝓpt͛ quã lugeo·⁊ propter iſra-
el propter quem triſtis ſum·⁊ de iacob pro
pter quem doleo·ideo incipiã orare corã te
pro me et pro eis: quoniã video lapſus no-
ſtros qui inhabitamuſ terram. Sed audiui
celeritatem iudicis qui futuruſ eſt. Ideo au
di vocem meam·⁊ intellige ſermonẽ meum·
⁊ loquar coram te. Initium verborum eſdrę
priuſq̃ aſſumeretur. Et dixi. Domie q̃ inha
bitas ſęculum·cuius oculi eleuati in ſuper-
na ⁊ aere·⁊ cuius thronus ineſtimabilis·et
gloria incõprehenſibilis: cui aſtat exercitus
angelorum cũ tremore quorũ ſeruatio ĩ vẽ
to ⁊ igni conuertit͛: cuius verbum verum et
dicta perſeuerantia: cuius iuſſio fortis ⁊ di-
ſpoſitõ terribilis: cuius aſpect⁹ arefacit abyſ
ſos·⁊ indignatõ tabeſcere facit montes·⁊ ve
ritas teſtificatur. Exaudi oratõnẽ ſerui tui·
⁊ auribus percipe precatõnem figmenti tui·
Dum em̃ viuo loquar·⁊ dum ſapio reſpon-
debo. Nec reſpiciaſ populi tui delicta: ſed q̃
tibi in veritate ſeruiũt. Nec intendas impia
gentiũ ſtudia: ſed qui tua teſtimonia cũ do-
loribus cuſtodierunt. Nec cogites qui in cõ
ſpectu tuo falſe cõuerſati ſunt: ſed memora-
re qui ex voluntate tua timorẽ cognouerunt
Neq̃ volueris perdere qui pecudũ mores

habuerunt: ſed reſpicias eos qui legem tuã
ſplendide docuerunt. Nec indigneris eis q̃
beſtijs peiores iudicati ſunt: ſed diligas eoſ
qui ſemper in tua iuſticia cõfidunt et gloria.
Qm̃ nos et patres noſtri talibus morbis lã
guemus: tu autem propter nos peccatores
miſericors vocaberis. Si ergo deſideraue-
ris vt noſtri miſerearis·tunc miſericors vo-
caberis: nobis autem non habentibus ope
ra iuſticię. Iuſti em̃ quibus ſunt opera mul
ta repoſita: ex proprijs operibus recipient
mercedem. Quid eſt em̃ homo vt ei indigne
ris ãte genuſ corruptibile vt ita amarus ſis
de ipſo? In veritate em̃ nemo de genitis eſt
qui non impie geſſit·⁊ de cõfidẽtibus qui ñ
deliquit. In hoc eni annunciabitur iuſticia
tua ⁊ bonitas tua domine: cum miſertus fue
ris eis qui non habent ſubſtantiã bonorum
operum. Et reſpondit ad me·⁊ dixit: Recte
locutus es aliqua·⁊ iuxta ſermones tuos ſic
⁊ fiet. Quoniã non vere cogitabo ſuper plaſ
ma eorum qui peccauerunt ante mortem añ
iudicium ante perditõnem: ſed iocundabor
ſuper iuſtorum figmentũ·⁊ memorabor pe
regrinatõnis quoq̃ ⁊ ſaluatõnis ⁊ mercediſ
receptõis. Quõ ergo locut⁹ ſum·ſic et ẽ. Si
cut enim agricola ſerit ſuper terrã ſemĩa mul
ta ⁊ plantatõnes multitudinis plantat·ſed
non in tempore oĩa quę ſeminata ſunt ſaluã
tur·ſed nec oĩa quę plãtata ſunt radicabũt·
ſic ⁊ qui in ſęculo ſeminati ſunt non omnes
ſaluabuntur. Et reſpondi·et dixi. Si inueni
gratiam loquar. Quõ ſemen agricolę ſi non
aſcenderit aut non acceperit pluuiam tuam
in tempore: aut ſi corruptum fuerit m͞ltitudi
ne pluuię: ſic perit et ſimiliter homo qui ma
nib⁹ tuis plaſmatus eſt·⁊ tu ei ymago noĩa
tus: quoniam ſimilatus es ei propter quem
omnia plaſmaſti·⁊ ſimilaſti ſemini agricolę?
Non iraſcaris ſuper nos: ſed parce populo
tuo ⁊ miſerere hęreditati tuę. Tu autẽ creatu
rę tuę misereris. Et reſpondit ad me·⁊ dixit:
Quę ſunt pręſentia pręſentib⁹·⁊ q̃ futura fu
turis. Multũ enim tibi reſtat vt poſſis dili
gere meam creaturã ſup me: tibi aũt frequẽ
ter ⁊ ipſi proximaui: iniuſtis autem nunq̃.
Sed ⁊ in hoc mirabilis es coram altiſſimo
quoniã humiliaſti te ſicut decet te: ⁊ non iu
dicaſti te vt inter iuſtos plurimũ glorificeris
Propter quod miſerię multę ⁊ miſerabiles
efficientur eiſ q̃ habitant ſęcl'm ĩ nouiſſimis:
quia in multa ſuperbia ambulauerunt. Tu
autem pro te intellige·⁊ de ſimilibus tuis in
quire gloriam. Uobis enim apertus eſt pa
radiſus·plantata eſt arbor vitę·p̃paratum ẽ
futurũ tempus·p̃parata eſt abundantia·ędi
ficata eſt ciuitas·probata eſt requies: perfe
cta ẽ boitas·⁊ perfecta ſapia. Radix mali ſi
gnata eſt a vobis: infirmitas ⁊ tinea a vobiſ
abſconſa eſt: ⁊ in infernum fugit corruptõ in
obliuione. Tranſierunt dolores: ⁊ oſtenſus
eſt in fine theſauruſ imortalitatiſ. Noli ergo
adijcere iquirẽdo de multitudie eorꝝ q̃ peũt.

Nam et ipſi accipientes libertatem ſpreuerūt
altiſſimum · ⁊ legem eius contempſerunt · et
vias eius dereliquerunt . Adhuc autem iu-
ſtos eius conculcauerunt: ⁊ dixerunt in cor
de ſuo non eſſe deum · et quidem ſcientes
quoniam moriuntur. Sicut em̄ vos ſuſcipi
ent que predicta ſunt: ſic eos ſitis ⁊ cruciat⁹
que preparata ſunt. Non enim voluit homi
nem diſperdi. Sed et ipſi qui creati ſunt coī
quinauerunt nomen eius qui fecit eos · ⁊ in-
grati fuerūt ei qui preparauit eis vitā. Qua
propter iudicium meū modo appropinquat
Que non omnibus demonſtraui niſi tibi · et
tibi ſimilibus paucis. Et reſpondi · ⁊ dixi. Ec
ce nunc domine demonſtraſti mihi multitu
dinem ſignorum que incipies facere in no-
uiſſimis ſed non demonſtraſti mihi quo tpe.

C. IX.

# Et reſpōdit ad me

et dixit: Metiens metire tempus
in ſemetipſo · ⁊ erit cum videris
qn̄ trāſierit pſ qdā ſignorū que predicta ſunt:
tunc intelliges qm̄ ipſum eſt tempus in quo
incipiet altiſſimus viſitare ſeculuꝫ quod ab
eo factuꝫ eſt. Et quando videbitur in ſeculo
motio locorum et populorum turbatio tunc
intelliges quoniam de his erat altiſſimus lo
cutus: a diebus qui fuerūt ante te ab initio.
Sicut em̄ omne quod factum eſt in ſeculo ·
initium habet pariter ⁊ conſummatōnem · ⁊
conſummatō eſt manifeſta: ſic et altiſſimi tē-
pora · initia habent manifeſta in prodigijs ⁊
virtutibus ⁊ conſummatōnes in actu ⁊ in ſi
gnis. Et erit omnis qui ſaluus factus fuerit
⁊ qui poterit effugere per opera ſua · ⁊ per fi
dem in qua credidiſtis relinquetur de predi
ctis periculis · ⁊ videbit ſalutare meum i ter
ra mea · ⁊ in finibus meis: quoniam ſanctifi-
caui me a ſeculo . Et tunc miſerebuntur qui
nunc abuſi ſunt vias meas · et in tormentis
commorabuntur hi qui eas proiecerunt i cō
temptu. Qui enim non cognouerunt me vi-
uentes beneficia conſecuti · ⁊ qui faſtidierūt
legem meam cum adhuc erant habentes li-
bertatem · ⁊ cum adhuc eſſet eis apertus pe
nitentie locus non intellexerunt ſed ſpreue-
runt: hos oportet poſt mortem in cruciamē-
to cognoſcere. Tu ergo noli adhuc curioſus
eſſe quō impij cruciabūtur: ſed inquire quō
iuſti ſaluabūtur ⁊ quorū ſclm: et ppt̄ quos ſe
culū ⁊ qn̄. Et rn̄di · ⁊ dixi: O li locutus ſum ⁊
nunc dico ⁊ poſtea dicam · quoniam plures
ſunt qui pereunt q̄ꝫ qui ſaluabūtur: ſicut mlͭ
tiplicatur fluctus ſuper guttam . Et reſpon-
dit ad me · et dixit: Qualis ager talia ⁊ ſemi-
na: ⁊ quales flores tales ⁊ tincture · ⁊ qualis
operator talis et creatio · ⁊ qualis agricola ta
lis cultura: quoniā tēpus erat ſeculi. Et nūc
cum eſſem parans eis his qui nūc ſunt ante
q̄ꝫ fieret ſeculum in quo habitarent · et nemo
contradixit mihi: Tūc em̄ quiſqꝫ ⁊ nunc crea
tur in mundo hoc parato ⁊ menſe indeficien
ti ⁊ lege inueſtigabili: corrupti ſunt mores
eorum . Et conſideraui ſeculū · ⁊ ecce erat pe
riculum propter cogitatōnes que in eo adue
nerunt. Et vidi ⁊ peperci ei valde · ⁊ ſeruaui
mihi acinum de botro · ⁊ plantatōnem de tri
bu multa. Pereat ergo multitudo que ſine
cauſa nata eſt · ⁊ ſeruetur acinus meus ⁊ plā
tatio mea: quia cū multo labore perfeci. Tu
autem ſi adhuc intromittas ſeptem dies ali-
os: ſed nō ieiunabis in eis: ibis in campum
florum vbi domus nō eſt edificata · ⁊ mandu
cabis ſolumō de floribus campi · ⁊ carneꝫ n̄
guſtabis: ⁊ vinum non bibes: ſed ſolummō
flores. Deprecare altiſſimum ſine intermiſſi
one · ⁊ veniam et loquar tecum. Et profectus
ſum ſicut dixit mihi in campum qui vocatur
ardath ⁊ ſedi ibi in floribus. Et de herbis a-
gri manducaui · ⁊ facta eſt eſca earum mihi i
ſaturitatem. Et factum eſt poſt dies ſeptem:
⁊ ego diſcumbebam ſupra fenum · ⁊ cor meū
iterum turbabatur ſicut ante. Et apertum eſt
os meuꝫ · ⁊ inchoaui dicere coram altiſſimo ·
⁊ dixi: O domine te nobis oſtendens oſten
ſus es patribus noſtris in deſerto · quod n̄
calcatur et infructuoſo: quādo erant exeūtes
de egipto · ⁊ dicens dixiſti: Tu iſrael audi me
⁊ ſemen iacob intende ſermonibus meis . Ec
ce em̄ ego ſemino in vobis legem meam · ⁊ fa
ciet in vobis fructum · ⁊ glorificabimini i eo
per ſeculum. Nam patres noſtri accipientes
legem nō ſeruauerunt · ⁊ legitima mea nō cu
ſtodierūt · ⁊ factus eſt fructus legis non pa-
rens. Nec em̄ poterat quoniā tuus erat: nā
qui acceperunt perierunt non cuſtodientes
quod in eis ſeminatū fuerat. Et ecce cōſuetu
do ē vt cū acceperit terra ſemen · vel nauē ma
re · vel vas aliquod eſcam vł potuꝫ: cum fue
rit exterminatū id in quo ſeminatū eſt · vel i
quod miſſum eſt · ſimul id quod ſeminatum ł
miſſum eſt · vel que ſuſcepta ſunt exterminā
tur · ⁊ ſuſcepta iaꝫ non manēt apud nos. Sꝫ
nobis ſic non factum eſt. Nos quideꝫ qui le
gem accepimus peccātes periuim⁹ · ⁊ cor no
ſtrum quod ſuſcepit eam · nam lex nō perijt ·
ſed permanſit in ſuo labore . Et cum loque-
rer hec in corde meo · reſpexi oculis meis · et
vidi mulierē in dextera parte. Et ecce hec lu-
gebat ⁊ plorabat cum voce magna · ⁊ animo
dolebat valde · ⁊ veſtimenta eius diſciſſa · ⁊
cinis ſup caput eius. Et dimiſi cogitatus in
quibus eram cogitans . ⁊ cōuerſus ſum ad
eam · ⁊ dixi ei: Ut quid fles: ⁊ quid doles ani
mo? Et dixit ad me. Dimitte me domine me
us vt defleam me · ⁊ adijciam dolorem quo-
niam valde amara ſum animo: ⁊ huiliata ſū
valde. Et dixi ei. Quid paſſa es? Dic mihi Et
dixit ad me: ſterilis fui ego famula tua ⁊ nō
peperi habēs maritū ānis triginta. Ego em̄
per ſingulas horas ⁊ per ſingulos dies ⁊ ā-
nos triginta hos. depcor altiſſimū nocte ac
die. Et factum eſt poſt triginta annos exau-
diuit me deus ancillam tuam: ⁊ vidit humi
litatē meā ⁊ attendit tribulatōni mee: ⁊ dedit

mihi fillum. Et iocundata ſum ſuper eū val-
de ego et vir meus ⁊ omnes ciues mei: ⁊ ho
norificabamus valde fortem. Et nutriui eū
cum labore multo ⁊ factum eſt cum creuiſſ;
⁊ veniſſet accipere vxorē: feci diem epuli.

C. X.

Et factum eſt cu; in
troiſſet filius meus in thalamo
ſuo: cecidit ⁊ mortuus eſt: ⁊ euer
timus omnes lumina. Et ſurrexerunt omēs
ciues mei ad conſolandum me ⁊ quieui vſ-
q; in alium diem vſq; nocte. Et factu; eſt cū
omnes quieuiſſent vt me cōſolarentur vt q̄e
ſcerem ⁊ ſurrexi nocte et fugi ⁊ veni ſicut vi
des in hoc campo ⁊ cogito iam non reuerti
in ciuitate;: ſed hic conſiſtere ⁊ neq; mādu
care neq; bibere ſed ſine itermiſſione lugere
et ieiunare vſq; du; moriar. Et dereliqui ſer
mones in quibus eram ⁊ reſpondi cum ira
cundia ad eam ⁊ dixi: Stulta ſuper omnes
mulieres: non vides luctum noſtrum ⁊ quę
nobis contingunt? Qm̄ ſyon mater noſtra
omni triſticia contriſtatur ⁊ humilitate hu-
miliata eſt ⁊ luget validiſſime. Et nunc quo-
niam omnes lugemus ⁊ triſtes ſumus: qm̄
omēs contriſtati ſumus: tu aūt contriſtaris
in vno filio. Interroga em̄ terram et dicet ti
bi quonia; hęc eſt quę debeat lugere caſu;
tantorum ſuper eam germinantiu;. Et ex ip-
ſa ab initio omnes nati ⁊ alij venient. Et ec-
ce pene omēs in perditōnē ambulāt ⁊ exter-
minium fit multitudō eorum. Et quis ergo
debet lugere magis niſi hęc quę tam magnā
multitudinē perdidit: q̄; tu quę pro vno do-
les? Si autem dices mihi: qm̄ non eſt plan-
ctus meus ſimilis terrę: quoniam fructū vē-
tris mei perdidi quem cum merorihus pe-
peri ⁊ cum doloribus genui: terra aūt ſcđm
viam terrę: abijt q; in ea multitudo pręſens:
quō euenit et ego tibi dico. Sicut tu cum la
bore peperiſti: ſic et terra dat fructum ſuum
homini ab initio ei qui fecit ea;. Nunc ergo
retine apud temetipa; dolorē tuū ⁊ fortiter
fer qui tibi contigerunt caſus. Si em̄ iuſtifi
caueris terminū dei ⁊ conſilium ſuum reci-
pies in tempore ⁊ in talibus collaudaberis
Ingredere ergo in ciuitatem ad virum tuū.
Et dixit ad me. Non faciam neq; ingrediar
ciuitatem: ſed hic moriar. Et appoſui adhuc
loqui ad eam ⁊ dixi: Noli facere hunc ſmo
nem: ſed conſenti pſuadenti. Quot em̄ caſus
ſyon? Conſolare propter dolore; hieruſalē.
Uides eni quoniā ſanctificatō noſtra deſer
ta effecta eſt ⁊ altare noſtrum demolitum ē
⁊ templum noſtrum deſtructum eſt ⁊ pſalte
rium noſtrū humiliatū eſt ⁊ himnus cōticu
it: ⁊ exultatō noſtra diſſoluta eſt ⁊ lumē can-
delabri noſtri extinctum eſt ⁊ arca teſtamen
ti noſtri direpta eſt ⁊ ſancta noſtra contami
nata ſunt ⁊ nomen quod inuocatum eſt ſup
nos pene prophanatu; eſt ⁊ liberi noſtri cō
tumeliam paſſi ſunt ⁊ ſacerdotes noſtri ſuc-
cenſi ſunt ⁊ leuitę noſtri in captiuitate; abie
runt ⁊ virgines noſtrę coinquinatę ſunt et
mulieres noſtrę vim paſſę ſunt. ⁊ iuſti noſtri
rapti ſunt ⁊ paruuli noſtri perditi ſunt ⁊ iu-
uenes noſtri ſeruierunt ⁊ fortes noſtri inuali
di facti ſunt. Et quod oīm maius ſignaculū
ſyon: quoniā reſignata eſt de gloria ſua. Nā
et tradita eſt in maībus eorum qui nos ode-
runt. Tu ergo excute tuam triſticiā multam
⁊ depone abſ te multitudinem doloru; vt ti
bi repropicietur fortis ⁊ requiem faciet tibi
altiſſimus requietōnem laborū. Et factū eſt
cū loquebar ad eā facies eius fulgebat ſubi
to ⁊ ſpecies: choruſcus fiebat viſus eius: vt
eſſem pauens valde ad eam ⁊ cogitarem q̄d
eſſet hoc. Et ecce ſubito emiſit ſonitum vociſ
magnum timore plenū: vt cōmoueretur ter
ra a mulieris ſono. Et vidi ⁊ ecce amplius mu
lier non cōparebat mihi: ſed ciuitas ędifica
batur ⁊ locus demōſtrabatur d̄ fundamētis
magnis ⁊ timui et clamaui voce magna et
dixi: Ubi eſt huriel angelus qui a principio
venit ad me? Quoniā ipe me fecit veire i mł
titudine in exceſſu mentis huius. Et factus
eſt finis meus in corruptōnem et oratō mea
in improperium. Et cum eſſem loquēs ego
hęc: ecce venit ad me ⁊ vidit me. Et ecce erā
poſitus vt mortuus ⁊ intellectus meus aliēa
tus erat. Et tenuit dexterā meā ⁊ cōfortauit
me ⁊ ſtatuit me ſuper pedes meos. Et dixit
mihi. Quid tibi eſt et quare cōturbatus eſt
intellectus tuus et ſenſus cordis tui: ⁊ qua
re conturbaris? Et dixi: Quoniam dereliq̄
ſti me. Et ego quidē feci ſm ſermones tuos
et exiui in campū et ecce vidi et video quod
n̄ poſſu; enarrare. Et dixit ad me Sta vt vir
⁊ cōmouebo te. Et dixi: Loquere dn̄e meus
tu in me. Noli me derelinquere vt n̄ fruſtra
moriar quoniā vidi quę nō ſciebā; et audio
que non ſcio. Aut nunquid ſenſus meus fal
litur: et aīa mea ſupremat? Nunc ergo dep̄
cor te: vt demōſtres ſeruo tuo d̄ exceſſu hoc.
Et reſpōdit ad me et dixit: Audi me et doceā
te et dicam tibi de quibus times: quoniam
altiſſimus reuelabit tibi myſteria multa. Ui
dit rectā viam tua;: quōia; ſine intermiſſiōe
cōtriſtabaris pro populo tuo et valde luge
bas propter ſyon. Hic ergo itellectus viſio
nis quę tibi apparuit ante paululum. Quā
vidiſti lugiētem inchoaſti cōſolari ea;. Nūc
aūt iā ſpecie; mulieris nō vides ſed apparu
it tibi ciuitas ędificari et quōia; enarrabat
tibi de caſu filij ſui. Hęc abſolutio eſt. Hęc
mulier quam vidiſti hęc eſt ſyō et quoniam
dixit tibi quam et nunc conſpicies vt ciuita
tem ędificatam. Et quoniam dixit tibi q; ſte
rilis fuit annis triginta propter quod erant
anni .ſ. triginta quando erat in ea adhuc ob
latio ablata. Et factum eſt poſt annos trigin
ta ędificauit ſalomon ciuitate; et obtulit ob
latōnes: tunc fuit quando peperit ſterilis fi
lium. Et quod tibi dixit: quonia; nutriuit eū
cum labore: hoc erat habitatio i hieruſale;.

Et quoniam dixit tibi ꝙ filius meus veniēs
in ſuo thalamo mortuus eſſet ·et contigiſſet
ei caſus: hoc erat que facta eſt ruina hieruſa
lem. Et ecce vidiſti ſimilitudinem eiuſ ·⁊ qm̄
filium lugeret ·inchoaſti conſolari eam ·⁊ de
his que contigerunt hec erant tibi aperien-
da. Et nunc videt altiſſimuſ qm̄ ex animo cō
triſtatus es ·⁊ qm̄ ex toto corde pateris pro
ea: oſtendit tibi claritatem glorie eius: ⁊ pul-
critudinem decoris eius. Propterea em̄ di
xi tibi vt maneres in campo vbi domuſ non
eſt edificata. Sciebam em̄ ego qm̄ altiſſim⁹
incipiebat tibi oſtendere hec: propterea dixi
tibi vt venires in agrum vbi non eſt funda-
mentum edificij. Nec enim poterat opus e-
dificij homis ſuſtineri in loco vbi incipieba
tur altiſſimi ciuitas oſtendi. Tu ergo noli ti-
mere neqꝫ expaueſcat cor tuum: ſed ingrede
re et vide ſplendorez ⁊ magnitudinē edificij
quantū capax eſt tibi viſu oculorū videre ·et
poſt hec audies quantū capit auditus auri-
um tuarū audire. Tu enim beatuſ es pre mľ
tis ·⁊ vocatus es apud altiſſimū ·ſicut ⁊ pau
ci. Nocte aūt que in craſtinum futura eſt ma
nebis hic ·⁊ oſtēdet tibi altiſſimus eas viſio
nes ſupremorū que faciet altiſſimus hiſ qui
habitant ſuper terraz a nouiſſimis diebus.
Et dormiui illā noctē ⁊ aliā: ſic̄ dixerat mihi.

C. XI.

Et uidi ſomnium et
ecce aſcendebat de mari aquila:
cui erant duodecim ale pennarū
et capita tria. Et vidi et ecce expandebat alaſ
ſuas in omnem terram ·⁊ omnes venti celi i
ſufflabant in eam ⁊ colligebantur. Et vidi ⁊
de pennis eius naſcebantur contrarie pēne ·
et ipſe fiebant in pennaculis minutis ⁊ mo-
dicis. Nam capita eius erant quieſcentia ·et
dimidium caput erat maius aliorum capitū
ſed ipſa quieſcebat cuz eis. Et vidi ⁊ ecce aq̄
la volauit in pennis ſuis ·⁊ regnauit ſuꝑ ter-
ram et ſuper eos qui habitant in ea. Et vidi
quoniam ſubiecta erant ei oīa ſub celo ·⁊ ne
mo illi contradicebat ·neqꝫ vnuſ de creatura
que eſt ſuper terram. Et vidi · ⁊ ecce ſurrexit
aquila ſuper vngues ſuos ·⁊ miſit vocē pen
nis ſuis ·dicens: Nolite omnes ſimul vigi-
lare: dormite vnuſquiſqꝫ in loco ſuo ·⁊ ꝑ tē-
pus vigilate. Capita autem in nouiſſimo ſer
uentur. Et vidi ·⁊ ecce uox non exibat de ca-
pitibus eius ·ſed de medietate corporis ei⁹.
Et numeraui contrarias pennas eiuſ ·⁊ ecce
ipſe erant octo. Et vidi. ⁊ ecce a dextera par-
te ſurrexit vna penna ·⁊ regnauit ſuper om-
nem terram. Et factum eſt cum regnaret · ve
nit ei finis ·⁊ non apparuit locus eius · ⁊ ſe-
quenſ exurrexit ·⁊ regnabat. Ipa multum te
nuit tempus. Et factum eſt cum regnaret: et
veniebat finis eius vt non appareret ſicut ꝓ
or ·⁊ ecce vox emiſſa eſt illi ·dicens: Audi tu
que tanto tempore tenuiſti terram. Hec an
nuncio tibi anteqꝫ incipias non apparere.

Nemo poſt te tenebit tempus tuum: ſz nec
dimidium eiuſ. Et leuauit tercia ⁊ tenuit pri
cipatum ſicut et priores ·⁊ non apparuit ⁊ ip
ſa. Et ſic contingebat et oībus alijs ſingilla
tim principatum gerere ·⁊ iterum nuſqꝫ com
parere. Et vidi: ⁊ ecce in tempore ſequentes
penne erigebātur a dextera parte vt tenerēt
et ipe ꝓncipatū ·⁊ ex his erant q̄ tenebant: ſz
tamen ſtatim non cōpateſcebant ·nam ⁊ aliq̄
ex eis erigebantur: ſed non tenebāt pricipa
tum. Et vidi poſt hec: ⁊ ecce non comparue
runt duodecim penne ⁊ duo pennacula ·⁊ ni
hil ſupererat in corpore aquile niſi duo capi
ta quieſcentia ⁊ ſex pennacula. Et vidi: ⁊ ec
ce ſex pennaculis diuiſe ſunt due ·⁊ manſerūt
ſub capite quod eſt ad dexteram partez. Nā
quattuor manſerunt i loco ſuo. Et vidi: ⁊ ec
ce hec ſubalares cogitabant ſe erigere: et te
nere pricipat⁹. Et vidi ⁊ ecce vna erecta ē: ſz
ſtatim nō cōparuit. Et ſecunde velociuſ qꝫ ꝓ
ores nō comparuerūt. Et vidi: ⁊ ecce due q̄
ſuperauerunt apud ſemetipſas cogitabant
⁊ ipſe regnare ·⁊ i eo cū cogitarent ·ecce vnū
quieſcentium capitū quod erat medium eui
gilabat. Hoc enim erat duorū capitū mai⁹.
Et vidi quoniam completa ſunt duo capita
ſecum ·⁊ ecce cōuerſum eſt caput cū hiſ q̄ cuz
eo erant ·⁊ comedit duas ſubalares que co
gitabāt regnare. Hoc aūt caput ꝑcōterruit
omnem terram ·⁊ dominabatur in ea his q̄
habitant terram cum labore multo ·⁊ poten
tatum tenuit orbis terrarum ſuper oēs alas
que fuerunt. Et vidi poſt hec: ⁊ ecce mediuz
caput ſubito non comparuit ·⁊ hoc ſicut ale.
Superauerunt autez duo capita: que et ipſa ſi
militer regnauerunt ſuꝑ terram ·⁊ ſuper eos
q̄ hitāt i ea. Et vidi ·et ecce deuorauit caput a
dextera parte illud qđ a leua. Et audiui vo
cem dicentem mihi: Conſpice contra te ·⁊ cō-
ſida quod vides. Et vidi: ⁊ ecce ſicut leo con
citatus de ſilua rugiēs ·et vidi quoniam emit
tebat vocem hominis ad aquilam. Et dixit
dicēſ. Audi tu ⁊ loquar ad te ·⁊ dicit altiſſim⁹
tibi. Nonne tu eſ qui ſuꝑaſti de quattuor aia
libus que feceram regnare in ſeculo meo: et
vt per eoſ veniret finis tēporū eorū. Et quar
tus veniēs deuicit oīa aialia que trāſierunt ·
⁊ potentatu tenuit ſeculum cum tremore mľ
to ·⁊ omnem orbem cum labore peſſimo ·⁊ i
habitauit tot tēporibus orbē terrarū cuz do
lo. Et iudicaſti terram non cum veritate. Tri
bulaſti enim manſuetos ·⁊ leſiſti quieſcētes ·
⁊ dilexiſti mēdaces ·⁊ deſtruxiſti habitatōneſ
eorum qui fructificabāt ·⁊ humiliaſti muroſ
eorum qui te non nocuerunt. Et aſcēdit con
tumelia tua ad altiſſimū ·⁊ ſuꝑbia tua ad for
tē. Et reſpexit altiſſimus ſuꝑba tēpora ·⁊ ec-
ce finita ſunt ·⁊ ſcelera ei⁹ ꝯpleta ſunt. Pro
pterea non appareas tu aquila ⁊ ale tue hor
ribileſ ·⁊ pēnacula tua peſſima ·et capita tua
maligna ·⁊ vngues tui peſſimi ·et omne cor
pus tuum vanum: vti refrigeretur oiſ terra.
et reuertat̄ liberata de tua vi ·et ſperet iudiciū

et miſericordiam eius qui fecit eam.

C. .XII.

Et factum eſt dum loquerer leo uerba hec ad aquilam. Et vidi: ⁊ ecce ꝙ ſuperauerat caput ⁊ non cōparuerunt quattuor ale ille que ad eum tranſierunt ⁊ erecte ſunt vt regnarent ⁊ erat regnum eorum exile ⁊ tumultu plenum. Et vidi: et ecce ipſa non apparebant et omne corpus aquile incendebatur et expaueſcebat terra valde. Et ego a tumultu ⁊ exceſſu mētis ⁊ a magno timore vigilaui ⁊ dixi ſpiritui meo. Ecce tu preſtitiſti mihi hoc: in eo ꝙ ſcrutaris vias altiſſimi. Ecce adhuc fatigatus ſum animo et ſpiritu meo inualidus ſuʒ valde et nec modica ē in me virtus a multo tiore ꝗ expaui nocte hac. Nunc ergo orabo altiſſimum vt me confortet vſq; in fineʒ. Et dixi: Dominator domine ſi inueni gratiam ante oculos tuos et ſi iuſtificatus ſum apud te pre multis: et ſi certe aſcendit depcatio mea ante faciē tuam: conforta me et oſtende ſeruo tuo mihi interpretationē et diſtinctioneʒ viſus horribilis huius: vt pleniſſime conſoleris animā meam. Dignū enī me habuiſti oſtendere mihi temporuʒ nouiſſima. Et dixit ad me. Hec eſt interpretatio viſionis huius. Aquilam quam vidiſti aſcēdentem de mari: hoc eſt regnuʒ quod viſum eſt in viſione danieli fratri tuo. Sed non eſt illi interpretatuʒ: qm̄ ego nunc tibi interpretor. Ecce dies veniunt ⁊ exurget regnum ſuper terram et erit timor acrior oīm regnoruʒ que fuerunt ante eum. Regnabunt auteʒ in ea reges duodecim: vnus poſt vnum. Nam ſecūdus incipiet regnare et ipſe tenebit amplius tempus pre duodecim. Hec eſt interpretatio duodecim alarum quas vidiſti. Et quam vidiſti vocem ꝗ locuta eſt non de capitibus eius exeuntem: ſed de medio corporis eius: hec eſt interpretatio. Quoniā poſt tempus regni illius naſcētur ꝯtentiones nō modice ⁊ periclitabitur vt cadat ⁊ nō cadet tunc: ſed iterum conſtituetur in ſuum initiū Et quoniam vidiſti ſubalares octo coherentes alis eius: hec eſt interpretatio. Exurgēt i ipſo octo reges: quoruʒ erunt tp̄a leuia ⁊ anni citati ⁊ duo quideʒ ex ipſis pariēt. Appropinquante autem tempore medio quattuor ſeruabuntur in tempore: cum incipiet appropinquare tempus eius vt finiatur. Due vero in finem ſeruabūtur. Et qm̄ vidiſti tria capita quieſcentia: hec eſt interpretatio. In nouiſſimis eius ſuſcitabit altiſſimus tria regna ⁊ reuocabit in ea multa et dominabūtur terram et qui habitant in ea cum labore multo ſup oēs qui fuerunt ante hos. Propt̄ hoc ipſi vocati ſunt capita aquile. Iſti enim erūt qui recapitulabunt impietates eius et qui perficient nouiſſima eius. Et quoniam vidiſti caput maius non apparens: hec eſt interpretatio eius. Quoniam vnus ex eis ſuper lectum ſuum morietur ⁊ tamen cum tormentis. Nam duo qui pſeuerauerit: gladi⁹ eos comedet. Unius em̄ gladius comedet ꝗ cuʒ eo: ſed tamen hic gladio in nouiſſimis cadet Et quoniam vidiſti duas ſubalares traijciētes ſuper caput quod eſt i dextera parte: hec eſt interpretatio. Hi ſunt quos conſeruauit altiſſimus in finem ſuū: hoc ē regnum exile ⁊ turbationis plenum. Sicut vidiſti ⁊ leoneʒ quem vidiſti de ſilua euigilātem ⁊ rugienteʒ et loquentem ad aquilam et arguentem eam ⁊ iniuſticias ipſius per omnes ſermōes eius ſicut audiſti: hic ē ventus quem ſeruauit altiſſimus in finem ad eos ⁊ impietates ipſoꝝ ⁊ arguet illos ⁊ incutiet coraʒ ipſis ſcerptiones eorum. Statuet em̄ eos in iudicium viuos et erit cum arguerit eos: tunc corripiet eos. Nam reſiduum populū meuʒ liberabit cum miſeria qui ſaluati ſunt ſuper fines meos ⁊ iocundabit eos quoadusq; veniet finis dies iudicij de quo locutus ſum tibi abinitō Hoc ſomnium quod vidiſti et he interpretationes. Tu ergo ſolus dignus fuiſti ſcire altiſſimi ſecretum hoc. Scribe ergo oīa iſta in libro que vidiſti et pone ea in loco abſcondito et docebis ea ſapientes de populo tuo: quorum corda ſcis poſſe capere et ſeruare ſecreta hec. Tu autē adhuc ſuſtine hic alios dies ſeptem vt tibi oſtendatur quidquid viſuʒ fuerit altiſſimo oſtendere tibi. Et profectus eſt a me. Et factum ē cum audiſſet omnis populus qm̄ pertranſierūt ſeptem dies et ego non fuiſſem reuerſus in ciuitatem et cōgregauit ſe oīs a minimo vſq; ad maximum et venit ad me et dixerunt mihi dicētes: Quid peccauimus tibi: et quid iniuſte egimus i te qm̄ derelinquēs nos ſediſti in loco hoc? Tu enī nobis ſuperes ſolus ex oībus populis ſicut botrus de vinea et ſicut lucerna i loco obſcuro et ſicut portus et nauis ſaluata a tēpeſtate. Aut non ſufficiunt nobis mala que ꝯtingunt? Si ergo tu nos dereliqueris: quāto nobis erat melius ſi eſſemus ſuccenſi: et nos cum incendio ſyon? Nec enī nos ſumus meliores eorum qui ibi mortui ſunt. Et plorauerunt voce magna. Et reſpondi ad eos. et dixi: Cōfide iſrael: et noli triſtari tu dom⁹ iacob. Eſt enim mēoria vr̄a coram altiſſimo et fortis nō ē oblitus vr̄i in temptatōne. Ego enī non dereliqui vos neq; exceſſi a vobis: ſed veni in hunc locum vt depcarer pro deſolatione ſyon: vt quererē miſericordiā pro humilitate ſanctificatōnis vr̄e. Et nūc ite vnuſquiſq; veſtrum in domum ſuam et ego veniam ad vos poſt dies iſtos. Et pfectus ē populus ſicut dixi ei in ciuitatē. Ego aūt ſedi i campo ſeptem diebus ſicut mihi mandauit: et manducabā de florib⁹ ſolūmō agri ⁊ ꝺ herbis facta eſt eſca mihi in diebus illis.

C. XIII.

Et factum eſt poſt dies ſeptē: et ſomniaui ſōniuʒ

nocte. Et ecce de mari ventus exurgebat: vt
conturbaret omnes fluctus eius. Et vidi· et
ecce conualeſcebat ille homo cum nubibus
cęli· ⁊ vbi vultum ſuum vertebat vt conſide
raret: tremebant omnia quę ſub eo videban
tur· ⁊ vbicūqꝫ exiebat vox de oꝛe eius· arde-
ſcebant omnes qui audiebant voces eius·
ſicut quieſcit terꝛa quãdo ſenſerit ignem. Et
vidi poſt hęc· ⁊ ecce congregabatur multitu
do hoim quoꝛū non erat numerus de quat-
tuoꝛ ventis cęli· vt debellarēt hoiem q̃ aſcen
derat ꝺ mari. Et vidi: ⁊ ecce ſibimet ipſi ſcul
pſerat montem magnum· et volauit ſuper eū
Ego autē quęſiui videre regionem vel locū
vnde ſculptus eſſet mons: et nō potui. Et pꝰ
hęc vidi· ⁊ ecce omnes qui cōgregati ſunt ad
eum vt expugnarent euʒ timebant valde· tñ
audebant pugnare. Et ecce vt vidit impetuʒ
multitudinis venientis non leuauit manuʒ
ſuam· neqꝫ frameam tenebat: neqꝫ aliquod
vas bellicoſum niſi ſolūmō vt vidi· quoniaʒ
emiſit de oꝛe ſuo ſicut flatum ignis: et de la
bijs eius ſpūs flãmę· ⁊ de lingua eius emit
tebat ſcintillas ⁊ tempeſtates· ⁊ ꝯmixta ſunt
oīa ſimul hic flatꝰ ignis ⁊ ſpūs flãme· et mul
titudo tempeſtatis· et concidit ſuper multitu
dinem in impetu quę pꝛęparata erat pugna
re· et ſuccendit omnes: vt ſubito nichil vide
retur de innumerabili multitudine: niſi ſolū
mō puluis et fumi odoꝛ. Et vidi· et extimui.
Et poſt hoc vidi ipſum hominem deſcenden
tem de monte· et vocanteʒ ad ſe multitudinē
aliam pacificam· et accedebat ad euʒ vultus
hominum multoꝛū quoꝛundaʒ gaudentiuʒ
quoꝛundam triſtantiuʒ· aliqui vero alligati
aliqui adducentes ex eis qui offerebantur.
Et egrotaui a multitudie pauoꝛis· ⁊ expgefa
ctus ſū· ⁊ dixi. Tu ab initio demōſtraſti ſer-
uo tuo mirabilia hęc· ⁊ dignum me habuiſti
vt ſuſcipes depꝛecatōnem meam· ⁊ nunc de
monſtra mihi adhuc interpꝛtatōnem ſomnij
huius. Sicut eniʒ exiſtimo in ſenſu meo· vę
qui derelicti fuerint in diebus illis. Et mul-
to plus vę his qui nō ſunt derelicti. Qui eñ
non ſunt derelicti triſtes erãt. Intelligo nūc
quę ſunt repoſita in nouiſſimis diebus· ⁊ oc
curꝛēt eis: ſed ⁊ his qui derelicti ſunt. Pro
pter hoc venerūt enim in pericula magna· et
neceſſitates multas: ſicut oſtendunt ſomnia
hęc. Attamen facilius eſt periclitantem veni
re in hunc q̃ꝫ pertranſire ſicut nubem a ſęcu
lo· ⁊ nūc videre quę contingūt in nouiſſimo.
Et reſpondit ad me· ⁊ dixit. Et viſionis inter
pꝛetationem dicã tibi ⁊ de quibꝰ locutus es
adaperiaʒ tibi. Quoniã de his dixiſti qui de
relicti ſunt: hęc eſt interpꝛtatō. Qui au fert pe
riculum illo tempoꝛe· hic ſe cuſtodiuit. Qui
in periculo inciderunt: hi ſunt q̃ habent ope
ra et fidem ad foꝛtiſſimum. Scito ergo quo-
niam magis beatificati ſunt qui derelicti: ſu
per eos qui moꝛtui ſunt. Hę interpꝛetatōes
viſionis. Quia vidiſti virum aſcendētem de
coꝛde maris: ipe eſt quē ꝯſeruauit altiſſimus

multis tempoꝛibus: qui per ſemetipm libe-
rabit creaturam ſuaʒ· ⁊ ipſe diſponet qui de
relicti ſunt. Et qm̄ vidiſti ꝺ oꝛe eius exire vt
ſpūm et ignē ⁊ tempeſtatē· ⁊ qm̄ non tenebat
frameam· neqꝫ vas bellicoſum. coꝛrupit eñ
impetus eius multitudinem quę venerat ex
pugnare eum: hęc eſt interpꝛetatō. Ecce dies
veniunt quando incipiet altiſſimus liberare
eos qui ſuper terꝛam ſunt et veniet in exceſ
ſu mentis ſuper eos qui inhabitant terꝛam
Et alij alios cogitabūt debellare· ciuitas ciui
tatem· locus locum· ⁊ gens aduerſus gentē
⁊ regnum aduerſus regnum. Et erit cum fi-
ent hęc· ⁊ contingent ſigna quę ante oſtendi
tibi et tūc reuelabitur filius meus: quem vi
diſti vt virum aſcendentē. Et erit: quãdo au
dierint omnes gētes vocē eius· ⁊ derelinquet
vnuſquiſqꝫ in regione ſua bellum ſuum qꝺ
habent ad alterutrū ⁊ colligetur in vnū mul
titudo innumerabilis ſicut volentes venire
et expugnare eum. Ipſe aūt ſtabit ſuper ca-
cumen montis ſyon. Syon aūt veniet ⁊ oſtē
detur oīmibus parata ⁊ ędificata ſicut vidiſti
montem ſculpi ſine manibꝰ. Ipſe aūt filius
meus arguet quę adinuenerūt gentes impie
tates eoꝛum has: quę temptaſti appꝛopin-
quauerunt pꝛopter mala cogitamenta eoꝛū
⁊ cruciamenta quibus incipient cruciari· q̃ aſ
ſimilatę ſunt flãmę· ⁊ perdet eos ſine laboꝛe
per legem q̃ igni aſſimilata eſt. Et quoniã vi
diſti eū colligentem ad ſe aliã multitudinem
pacificaʒ: hę ſunt decem tribus q̃ captiuę fa-
cte ſunt de terꝛa ſua in diebꝰ oſeę regis queʒ
captiuum duxit ſalmanaſar rex aſſirioꝛum· ⁊
tranſtulit eos trans flumen: ⁊ tranſlati ſunt
in tetram aliam. Ipſi autem ſibi dederūt con
ſilium hoc vt derelinquerent multitudinem
gentium· ⁊ pꝛoficiſcerent̄ in vlterioꝛeʒ regio
nem vbi nunq̃ꝫ inhabitauit genus humanū
vel ibi ſeruare legitima ſua quę non fuerant
ſeruantes in regione ſua. Per introitus aūt
anguſtos fluminis eufraten introierunt. Fecit
eñ eis tunc altiſſimus ſigna· ⁊ ſtatuit venas
fluminis vſquequo tranſirent. Per eam eñ
regionem erat via multa itineris anni vniꝰ
⁊ dimidij: nã regio illa vocatur azareth. Tūc
inhabitauerunt ibi vſqꝫ in nouiſſimo tempo
re· ⁊ nunc iterum cum ceperint venire· iterū
altiſſimus ſtatuet venas fluminis ut poſſint
tranſire· pꝛopter hęc vidiſti multitudineʒ cū
pace. Sed ⁊ q̃ derelicti ſunt de populo tuo:
hi ſunt qui inueniuntur intra terminū meuʒ
Factum erit ergo quãdo icipiet perdere mul
titudinem earū quę collecte ſunt gentes: pꝛo
teget eos qui ſupauerūt populū· ⁊ tunc oſtē-
det eis multa plurima poꝛtenta. Et dixi ego:
Dominatoꝛ domine hoc mihi oſtēde pꝛopt̄
quod vidi virū aſcendentem de coꝛde maris
Et dixit mihi. Sicut non potes hec vel ſcru
tari vel ſcire que ſunt in pꝛofundo maris: ſic
non poterit quiſqꝫ ſuper terꝛam videre filiū
meum· vel eos qui cum eo ſunt niſi in tempe
diei. Hęc ē iterpꝛetatio ſomnij quod vidiſti

et propter quod illumiatus es hic ſoluſ. De
reliquiſti em̄ tuam ⁊ circa meam vacaſti le-
gem ⁊ queſiſti. Uitam em̄ tuam diſpoſuiſti i
ſapiencia ⁊ ſenſum tuum vocaſti matrez. Et
propter hoc oñdi tibi merces apud altiſſimū
Erit enim poſt alios tres dies: ad te alia lo-
quar ⁊ exponam tibi grauia ⁊ mirabilia. Et
profectus ſum ⁊ tranſij in campum multum
glorificans ⁊ laudans altiſſimum de mirabi
libus que per tempus faciebat ⁊ quoniam
gubernat ipſuz ⁊ que ſunt in temporibus il
lata. Et ſedi ibi tribus dieb⁹. C. XIIII.

Et factum ē tercio
die ⁊ ego ſedebā ſub quercu. Et
ecce vox exiuit contra me de ru-
bo et dixit: Eſdra eſdra. Et dixi:
Ecce ego domine. Et ſurrexi ſuper pedeſ me
os. Et dixit ad me: Reuelans reuelatus ſum
ſuper rubum ⁊ locutus ſum moyſi quando
populuſ meus ſeruiebat in egipto ⁊ miſi eū
⁊ eduxi populum meuz de egipto ⁊ adduxi
eum ſuper montem ſyna ⁊ detinebam eum
apud me diebus multis ⁊ enarraui ei mira-
bilia multa ⁊ oſtendi ei tempoꝝ ſecreta ⁊ fi-
nem ⁊ precepi ei dicenſ: Hec in palam fa-
cies verba ⁊ hec abſcondes. Et nunc tibi di
co: ſigna que demonſtraui ⁊ ſomnia que vi-
diſti ⁊ interpretatōnes quas tu vidiſti i cor
de tuo repone ea tu enim recipieris ab om-
nibus cōuerteris reſidu⁹ cū conſilio meo ⁊
cum ſimilibus tuis: vſq3 quo finiantur tem-
pora. Quoniam ſeculuz perdidit iuuentutē
ſuam ⁊ tempora appropinquant ſeneſcere.
Duodecim enim partibus diuiſuz ē ſeculū
et tranſierunt eius decima ⁊ dimidium de-
cime partis ſuperſunt autem eius poſt medi
um decime partis. Nūc ergo diſpone domū
tuam ⁊ corripe populum tuum ⁊ conſolare
humiles eorum ⁊ renuncia iam corruptele
⁊ dimitte abſ te mortales cogitatōes ⁊ proi
ce abſ te pondera humana ⁊ exue te iam īfir
mā naturā ⁊ repone in vnā ꝑtē moleſtiſſima
tibi cogitamēta ⁊ feſtina tranſmigrare a tꝑi-
bus his. Que eni vidiſti nūc cogitaſſe mala
iterū horū deteriora facient. Quantū enim in
ualidū fiet ſeculū a ſenectute: tantū multipli
cabūtur ſuꝑ inhabitātes mala. Prolōgauit
eni ſe magis veritas ⁊ appropinquauit men
dacium. Jam eni feſtinat venire quā vidiſti
viſionē. Et reſpōdi ⁊ dixi coram te domine:
Ecce ei ego abibo ſic ꝑcepiſti mihi ⁊ corripiā
ꝑſentē populum. Qui autē iterū nati fuerit
quis cōmonebit? Poſitū eſt ergo ſeculū in
tenebris ⁊ qui inhabitant in eo ſine lumine
Qm̄ lex tua incenſa eſt: propt̄ qđ nemo ſcit q̄
a te facta ſunt vel que incipient opa. Si eni
īueni in te gratiā immitte ī me ſpiritū ſanctum
⁊ ſcribā omne qđ factū eſt in ſeculo ab initio
q̄ erāt in lege tua ſcripta vt poſſint homines
īuenire ſemitā ⁊ qui voluerint viuere in no
uiſſimis viuant. Et reſpondit ad me ⁊ dixit:
Uadēs congrega populū ⁊ dices ad eos: vt
nō q̄rant te diebus quadraginta. Tu autem
ꝑpara tibi buxos multos ⁊ accipe tecū ſareā
dabriā ſelemiā echanū ⁊ aſiel quinq3 hos: q̄
pati ſunt ad ſcribendū velociter. Et venies
huc ⁊ ego accendā in corde tuo lucernam in
tellectus que non extiguetur quoadusq3 fi-
niātur q̄ incipies ſcribere. Et tunc perfectis
quedam palam facies quedam ſapientibus
abſconſe tradeſ. In craſtinū eni hac hora in
cipies ſcribere. Et ꝑfect⁹ ſū ſicut mihi ꝑcepit
⁊ cōgregaui omnē populū ⁊ dixi. Audi iſra
hel verba hec. Peregrinati ſunt patres no-
ſtri ab initio ī egypto ⁊ liberati ſūt īnđ ⁊ ac
ceperūt legem vite quam non cuſtodierunt
quā ⁊ vos poſt eos trāſgreſſi eſtis ⁊ data eſt
vobis terra in ſortē ⁊ terra ſion ⁊ patres ve
ſtri ⁊ vos iniq̄tatem feciſtis ⁊ non ſeruaſtis
vias quas ꝑcepit vobis altiſſimus ⁊ iuſtus
iudex cū ſit abſtulit a vobis in tꝑe qđ dona
uerat. Et nunc vos hic eſtis ⁊ fratres veſtri
introrſum veſtrū ſūt. Si ergo imꝑaueritiſ ſe
ſui veſtro ⁊ erudieritis cor veſtru viui con-
ſeruati eritis ⁊ poſt mortē miſericordiā cōſe-
q̄mini. Judiciū eni poſt mortē veniet. qñ ite
rum reuiuiſcemus ⁊ tunc iuſtorū noīa pare
bunt ⁊ impiorū facta oñdentur. Ad me igit̄
nemo accedat nunc neq3 requirat me vſq3 di
es q̄draginta. Et accepi quinq3 viros ſicut
mādauit mihi ⁊ profecti ſumus in campū ⁊
māſimus ibi. Et factus ſū in craſtinum ⁊ ec
ce vox vocauit me: dicens: Eſdra aperi os
tuū ⁊ bibe quo te potauero. Et apui os meū
⁊ ecce calix plenus porrigebat̄ mihi. Hoc e-
rat plenū ſicut aqua: color aūt eius vt ignis
ſimilis. Et accepi ⁊ bibi: ⁊ in eo cū bibiſſem
cor meū cruciabatur itellectu: ⁊ i pectuſ meū
īcreſcebat ſapīa. Nā ſpiritus meus conſua-
batur memoria. Et apertū eſt os meū: ⁊ non
eſt clauſū ā plius. Altiſſimus dedit intellectū
quinq3 viris: ⁊ ſcripſerunt q̄ dicebātur exceſ
ſiōes noctis quas nō ſciebant. Nocte autez
māducabant panē: ego aūt per diē loquebar
⁊ per noctē non tacebā. Scripti ſunt autē ꝑ
quadraginta dies libri ducenti quatuor. Et
factū eſt cū cōpleſſent quadraginta dies: lo
cutus eſt altiſſimus: dicens: Priora q̄ ſcrip
ſiſti in palā pone ⁊ legant digni ⁊ idigni: no
uiſſimoſ autē ſeptuaginta cōſeruabis vt tra
das eos ſapientibus de populo tuo. In hiſ
eni eſt vena intellectus: ⁊ ſapiētie fons ⁊ ſci
entie flumen. Et feci ſic. C XV

Ecce loquere in au
res plebis mee ſmones prophe
tie quos immiſero in oſ tuū dicit
dñs: ⁊ fac vt in cartha ſcribātur
qm̄ fideles ⁊ veri ſunt. Ne timeas a cogitati
onibus aduerſū te: nec turbent te icredulita
tes dicentium. qm̄ ois incredulus i incredu-
litate ſua morietur Ecce ego induco dicit do
minus ſuper orbem terraꝝ mala gladium ⁊
famē ⁊ mortē ⁊ interitū: propter qđ ſuppol
luit iniquitas oēm terrā ⁊ adimpleta ſu. opa

nociua illorū. Propterea dicit dominꝰ. Jaʒ
non ſilebo de impietatibus eorum que irre-
ligioſe agūt· nec ſuſtinebo in his que inique
exercēt. Ecce ſanguis innoxius et triſtis cla
mat ad me· ⁊ anime iuſtorum clamant per-
ſeueranter. Uindicans vindicabo illos di-
cit dominus· ⁊ accipiam omnē ſanguinem
innoxium ex illis ad me. Ecce populus meꝰ
quaſi grex ad occiſionem ducitur: iam non
patiar illum habitare in terra egipti: ſed edu
cam eum in manu potenti ⁊ brachio excelſo.
⁊ percutiam plaga ſicut prius: ⁊ corrumpaʒ
omnē terraʒ eius. Lugebit egiptus ⁊ funda
menta eius plaga verberata ⁊ caſtigatione
quas inducet ei deus. Lugebunt cultores
operantes terram: quoniaʒ deficient ſemina
eorum ab vredine ⁊ grandine· ⁊ ſidere terri-
bili. Ue ſeculo ⁊ qui habitant in eo: quia ap-
propinquauit gladius ⁊ contritio eorum· et
exurget gens ſuper gentē ad pugnā· et rhom
phea in manibus eorū. Erit em̄ incōſtabili-
tio hominibus ⁊ alij alijs inualeſcentes nō
curabunt regem ſuū ⁊ principes: vie geſtoꝝ
ſuorū in potentia ſua. Cōcupiſcet em̄ homo
in ciuitateʒ ire· ⁊ non poterit. Propter ſup-
biam em̄ eorū ciuitates turbabuntur: domꝰ
exterentur· homines metuent. Non miſere
bitur homo proximum ſuum ad irritum faci
endum domos eorū i gladiū: ad diripiēdas
ſubſtantias eorum propt̄ famē paniſ ⁊ tribu
lationem multā. Ecce ego conuoco dicit de-
us omnes reges terre ad me verendum qui
ſunt ab oriente ⁊ ab auſtro· ab euro ⁊ a liba-
no ad conuertendos in ſe· ⁊ reddere que de
derunt illis. Sicut faciūt vſq; hodie electis
meis· ſic faciam et reddaʒ in ſinu eorū. Hec
dicit dominꝰ deus. Nō parcet dextera mea
ſuper peccatores: nec ceſſabit rhomphea ſu-
per effundentes ſanguinem innocuū ſuper
terram. Erūt ignis ab ira eius· ⁊ deuorauit
fundamenta terre· ⁊ peccatoreſ quaſi ſtramē
incenſum. Ue eis qui peccāt ⁊ non obſeruāt
mandata mea dicit dominus. Non parcam
illis. Diſcedite filij a poteſtate· nolite conta-
minare ſanctificatōnem meaʒ: qm̄ nouit do
minus omneſ qui delinquunt in illū· Prop
terea tradidit eos in mortem ⁊ in occiſionē.
Jam em̄ venerunt ſuper orbē terrarū mala·
⁊ manebitis in illis. Non eniʒ liberabit voſ
deus propter quod peccaſtis in euʒ. Ecce vi
ſio horribilis: ⁊ facies illius ab oriente.
Et exient natōneſ draconū arabū in curribꝰ
multis· ⁊ ſicut flatus eoruʒ numerus fertur
ſuper terram: vt iam timeant ⁊ trepident om
nes qui illos audient carmonij inſanientes
in ira: ⁊ exient vt apri de ſilua· ⁊ aduenient i
virtute magna· ⁊ conſtabūt in pugnam cū il-
lis· ⁊ vaſtabunt portōnem terre aſſiriorū. Et
pꝰ hec ſupualeſcēt dracones natiuitatis ſue
memores· ⁊ conuertent ſe conſpirantes i vir
tute magna ad perſequendos eos. Iſti tur
babuntur ⁊ ſilebūt i virtute illorū· ⁊ conuer
tent pedes ſuos in fugā· ⁊ territorio aſſirio-
rum ſubſeſſor obſedebit eos· ⁊ ꝯſumet vnuʒ
ex illis· ⁊ erit timor ⁊ tremor in exercitu illo
rum· ⁊ contentio in reges ipſorum. Ecce nu
bes ab oriente et a ſeptentriōe vſq; meridia
num· ⁊ facieſ earum horrida valde plena ire
et procelle. Et collident ſe inuiceʒ· ⁊ collidēt
ſidus copioſum ſuper terrā ⁊ ſidus illorum·
⁊ erit ſanguiſ a gladio vſq; ad ventrem· ⁊ fu
mus hominis vſq; ad ſubſtramē cameli. Et
erit timor et tremor multus ſuper terram· et
horrebūt qui videbunt iram illaʒ· et tremor
apprehendet illos. Et poſt hec mouebuntur
nubi copioſi a meridiano et ſeptētrione· et
portio alia ab occidēte. Et ſupinualeſcēt vē-
ti ab oriente. et recludent eam· et nubeʒ quā
ſuſcitauit in ira· et ſidus ad faciendam exter
ritatōnem ad orientalem ventum et occiden
tem violabitur. Et exaltabuntur nubes ma
gne et valide plene ire et ſidus· vt exterreant
omnē terrā· et inhabitāteſ eam· et infūdet ſu
per omnē locū altū et eminēteʒ ſidus terribi
le· ignē et grandinem et rhompheas volātes
et aquas multas: vt etiaʒ impleant omēs cā
pi et omnes riui plenitudine aquarū multa
rum. Et demolientur ciuitates et muros et
mōtes et colles ⁊ ligna ſiluaꝝ· et fenū prato
rum et frumēta eorū. Et tranſibūt cōſtantes
vſq; babilonem· et exterrent eā: cōuenient ad
ipaʒ et circūibūt eā: et effūdēt ſidus et om
nē iram ſuper eā. Et ſubibit puluis et fumuſ
vſq; in celū: et oēs i circūitu lugebunt eam·
et qui ſub ea remāſerint ſeruient his qui ex
terruerūt. Et tu aſia ꝯſors in ſpē babiloiſ et
gloria perſone eius: ve tibi miſera· propter
quod aſſimilaſti ei: et ornaſti filiaſ tuas i for
nicatōne ad placendū et gloriandum i ama
toribus tuis qui tecum ſemper cupierūt for
nicari. Odibilem imitata es in omnibꝰ ope
ribus eius et in adinuentōnibus eiuſ· prop
terea dicit deus. Jmmittam tibi mala: vidui
tatem: pauꝑtatem: et fameʒ et gladium et pe
ſtem ad deuaſtādas domos tuas a violatio
ne et morte et gloria virtutis tue. Sicut floſ
ſiccabitur cum exurget ardor qui emiſſus eſt
ſuper te: infirmaberis vt paupercula plaga
ta et caſtigata a mulieribuſ vt non poſſint te
ſuſcipere potentes et amatores. Nunquid
ego ſic zelabo te dicit dominus: niſi occidiſ
ſes electos meos in omni tempore exaltans
ꝑcuſſionem manuum· et diceres ſuper mor
tē eoꝝ cum inebriata eſſes exorna ſpeciē vul
tus tui: Merces fornicatōis tue i ſinu tuo:
propter hoc redditōnē accipies. Sicut faciſ
electis meis dicit dominuſ· ſic faciet tibi de
us et tradet te in malū. Et nati tui fame iteri
ent et tu rhōphea cades· et ciuitates tue con
terentur et omnes tui i campo gladio cadēt
Et qui ſunt in montibus fame peribunt· et
manducabunt carnes ſuas et ſanguinem bi
bēt a fame et ſitis aque. Infelix ꝑ maria ve
nies et rurſum accipies mala et in trāſitu al-
lident ciuitatē occiſam et exterrēt aliquā por
tionē t̄re tue ⁊ partē glorie tue exterminabunt

rurſum reuertentes cõuerſam. Et demolita
eris illis pro ſtipula ⁊ ipſi erunt tibi ignis
et deuorabũt te ⁊ ciuitates tuas. terrã tuã ⁊ mõ
tes tuos: omnes ſiluas tuas ⁊ lignũ fructi-
ferum igni comburent. Filios tuos captiuos
ducent ⁊ cenſum tuum in p̄dam habebunt
⁊ gloriam faciei tue exterminabunt.

C. XVI.

Ve tibi babilon et a
ſia. ve tibi egipte et ſyria. Preci
gite vos ſaccis ⁊ cilicijs ⁊ plãgi-
te filios veſtros ⁊ dolete: quoniam appropi
quauit contritio veſtra. Immiſſus eſt vobis
gladius ⁊ quis eſt qui auertat illum? Im-
miſſus eſt in vobis ignis ⁊ quis eſt qui exti
guat illum? Immiſſa ſunt vobis mala. et qͥs
ē qui repellat ea? Nunquid repellet aliquis
leonem eſurientē in ſilua: aut extinguet ignē
in ſtipula mox qñ ceperit ardere. Nunquid
repellet aliq̇s ſagittã a ſagittario forti miſſã.
Dominus fortis immittit mala ⁊ quis eſt q̇
repellet ea? Exijt ignis ex iracundia eius. et
quis eſt qui extinguat eum? Choruſcabit. et
qͥs ñ timebit? Tonabit: et qͥs ñ pauebit. Dñs cõmi
nabit: et qͥs ñ funditus cõteret a facie ipſi⁹.
Terra tremuit ⁊ fundamenta eius. mare flu
ctuat de profundo ⁊ fluctus eius diſturba-
buntur ⁊ piſces eius a facie domini ⁊ a glo
ria virtutis eius. quoniam fortis dextera ei⁹
que arcum tendit: ſagitte eius acute que ab
ipſo mittuntur: nõ deficient cũ ceperint mit
ti in fines terre. Ecce mittuntur mala ⁊ nõ re
uertentur donec veniant ſuper terrã. Ignis
ſuccenditur: ⁊ nõ extinguetur donec conſu-
mat fundamēta terre. Quēadmodũ nõ redit
ſagitta miſſa a valido ſagittario. ſic nõ reuer
tentur mala que miſſa fuerint in terram. Ve
mihi. ve mihi. Quis me liberabit in illis die
bus. Initium dolorũ ⁊ multi gemitus: initi
um famis et multi interitus: initium bello-
rũ ⁊ formidabunt poteſtates: initium malo-
rũ et trepidabũt omnes. In his quid faciã
cum venerint mala. Ecce fames ⁊ plaga ⁊ tri
bulatio ⁊ anguſtia miſſa ſunt flagella in emē
datione ⁊ in his omnibus ſe nõ cõuertēt ab
iniquitatibus ſuis. neq̃ flagellorũ memores
erunt ſemper. Ecce erit annone vilitas ſuper
terram. ſic vt putent ſibi eſſe directam pacē.
⁊ tũc germinabunt mala ſuper terram. gladi
us. fames. et magna confuſio. A fame enim
plurimi qui inhabitant terrã interient. ⁊ gla
dius perdet ceteros qui ſup̄auerint a fame.
⁊ mortui ſicut ſtercora proijcientur. et non
erit qui conſoletur eos. Derelinq̇tur em̄ ter
ra deſerta. et ciuitates ei⁹ deijcient. Nõ de-
relinquetur qui colat terrã. et qui ſeminet eã
Ligna dabũt fructus: ⁊ quis vindemiabit il
la. Vua matura fiet ⁊ quis calcabit illam.
Erit enim locis magna deſertio. Cupiet em̄
homo hominē videre: vel vocem eius audi-
re. Relinquentur enim de ciuitate decem. et
duo de agro qui abſcõderint ſe in denſis ne

moribus ⁊ ſciſſuris petrarũ: quemadmoduz
dũ derelinquuntur in oliueto ⁊ ſingulis ar-
boribus tres aut quattuor oliue. aut ſicut in
vinea vindemiata racemi relinquuntur ab
his qui diligenter vineã ſcrutantur: ſic relin
quentur i diebus illis tres aut quattuor ſcru
tantibus domos eorũ in rhomphea. Et reli
quetur terra deſerta ⁊ agri eius inueterabũt
⁊ vie eius ⁊ omnes ſemite eius germinabũt
ſpinas. eo q̄ nõ trãſient hoies per eam. Lu-
gebunt virgines non habentes ſponſos: lu-
gebunt mulieres non habentes viros. Luge
bunt filie earum non habentes adiutorium
ſponſi earum. In bello conſumentur. et viri
earum in fame exterentur. Audite vero iſta
et cognoſcite ea ſerui domini. Ecce verbum
domini. excipite illud: ne dijs credatis: de q̇
bus dicit dominus. Ecce appropinquãt ma
la ⁊ non tardant. Quemadmodũ pregnans
cum parit in nono menſe filium ſuum appro
pinquante hora partus eius: ante horas du
as vel tres dolores circũeunt ventrem eius
⁊ prodeunte infante de ventre non tardabũt
vno puncto. ſic non morabuntur mala ad p̄
deundum ſuper terrã. ⁊ ſeculũ gemet. et do
lores circumtenebunt illud. Audite verbum
plebs mea. Parate vos in pugnam ⁊ i malis
ſic eſtote quaſi aduene terre. Qui vendit q̄ſi
fugiat. et qui emit quaſi qui perditur⁹. Qui
mercatur quaſi qui fructum non capiat. et q̇
edificat quaſi non habitaturus. Qui ſemiat
quaſi qui non metet. ſic et qui vineam putat
quaſi qui non vindemiaturus. Qui nubunt
ſic quaſi filios non facturi: et qui non nubũt
ſic quaſi vidui: propter quod qui laborant ſi
ne cauſa laborant. Fructus em̄ illorũ alieni
gene metent. et ſubſtantiam illorum rapient
et domos euertent. et filios eorum captiua-
bunt. quia i captiuitate et fame generant na
tos ſuos. Et qui negociantur i rapina quan
tum diu exornant ciuitates et domos ſuas et
poſſeſſiones et perſonas ſuas: tanto magis
adzelabor eos ſuper peccata ſua dicit domi
nus. Quõ zelatur fornicaria mulierem ido
neam et bonam valde. ſic zelabitur iuſticia i
iquitatem cum exornat ſe: et accuſat eam i fa
cie cum venerit qui defendat exquirentē om
ne peccatum ſuper terram. Propterea noli
te ſimilari ei nec operibus eius: quoniã ad
huc puſillum. et tolletur iniquitas a terra. et
iuſticia regnabit in vos. Non dicat peccator
ſe non peccaſſe: quoniam carbones ignis cõ
buret ſuper caput eius qui dicit. Non pecca
ui coram deo et gloria ipſius. Ecce dominus
cognoſcet omnia opera hominũ et adinuē
tiones illorum et cogitatões illorum et cor
da illorum. Dixit enim: fiat terra et facta eſt.
fiat celum et factum eſt. Et in verbo illi⁹ ſtel
le fundate ſunt. et nouit numerum ſtellarũ.
Qui ſcrutatur abyſſum et theſauros illarũ:
qui menſus eſt mare. et conceptũ eius. Qui
concluſit mare in medio aquarum. et ſuſpen
dit terram ſuper aquas verbo ſuo. Qui extē

dit cęlum quaſi cameram: ſuper aquas fun
dauit eū. Qui poſuit in deſerto fontes aqua
rum. et ſuper verticem montiū lacuſ ad emit
tendum flumina ab eminenti petra. vt porta
ret terram. Qui finxit hominē. et poſuit cor
ſuum in medio corporis. et miſit ei ſpūm vi
tam et intellectum ⁊ ſpiramen dei omnipotē
tis qui fecit omnia et ſcrutinat omnia abſcō
ſa in abſconſis terrę. Hic nouit adinuentōꝫ
veſtram. ⁊ quę cogitatis in cordibus veſtriſ
peccantes et volētes occultare peccata vr̄a.
Propter quod dominus ſcrutinando ſcru
tinauit omnia opera veſtra. et traducet vos
omnes. ⁊ vos confuſi eritis cum proceſſerit
peccata veſtra coram hominibus. ⁊ iniquita
tes erunt quę accuſatores ſtabūt in die illo.
Quid facietis. aut quō abſcondetis pecca
ta veſtra coram deo et angelis eis? Ecce iu
dex d[illegible]s: timete eū. Deſinite a peccatis vr̄iſ
⁊ obliuiſcamini iniquitates veſtras iam age
re eas in ſempiterno. ⁊ deus educet voſ. et li
berabit de omni tribulatōne. Ecce enim incē
ditur ardor ſuper vos turbę copioſę. et rapi
ent quoſdam ex vobis ⁊ cibabunt ydolis oc
ciſos. ⁊ qui conſenſerint eis erunt illis in de
riſum et in improperium ⁊ in conculcatōnē.
Erit enim locis locus. ⁊ in vicinas ciuitateſ
exurrectō multa ſuper timentes dominum.
Erunt quaſi inſani nemini parcentes. ad di
ripiendum et deuaſtandum adhuc timenteſ
dominuꝫ. quia deuaſtabunt ⁊ diripient ſub
ſtantias. ⁊ de domibus ſuis eoſ eijciēt. Tūc
parebit probatio electorum meorum: vt au
rum quod probatur ab igne. Audite dilecti
mei dicit dominus. Ecce adſunt dies tribu
lationis. ⁊ de his liberabo vos. Ne timea
tis nec heſitetiſ: quoniaꝫ deus dux veſter ē.
Et qui ſeruat mandata et pręcepta mea dicit
dominus deus: ne preponderent vos pecca
ta veſtra: ne ſuperelleuent ſe iniquitates ve
ſtrę. Ve qui conſtringuntur a peccatis ſuis.
⁊ obteguntur ab iniquitatibus ſuis: quēad
modum ager conſtringitur a ſilua. ⁊ ſpinis
tegitur ſemita eius per quam non tranſit hō
et excluditur. ⁊ mittitur ad deuoratōꝫ ignis.

Liber eſāię quartuſ explicit. Incipit pro
logus beati Hieronimi preſbiteri in librū
Thobię.

Chromatio et he
liodoro epiſcopis. Hieroni
mus preſbiter in domino ſa
luteꝫ. Mirari non deſino ex
actōis veſtrę inſtantiam. Exigitis enim vt li
brum chaldęo ſermone conſcriptum ad lati
num ſtilum trahaꝫ. librum vtiqꝫ thobię quē
hebręi de cathalogo diuinarum ſcripturarū
ſecantes. his quę agiographa memorant:
manciparunt. Feci ſatis deſiderio veſtro: nō
tamen meo ſtudio. Arguunt eniꝫ nos hebrę
orum ſtudia. ⁊ imputant nobis cō
tra ſuum canonem latinis aurib⁹
iſta tranſfrere. Sed melius eſſe iu
dicans phariſęorum diſplicere iu
dicio: ⁊ epiſcoporum iuſſionibus
deſeruire: inſtiti vt potui. Et quia
vicina eſt chaldeorum lingua ſer
moni hebraico. vtriuſqꝫ linguę pe
ritiſſimum loquacem reperiēs. vni
us diei laborem arripui. ⁊ quidqd
ille mihi hebraicis verbis expreſ
ſit: hoc ego accito notario ſermoni
bus latinis expoſui. Orationibus
veſtris mercedem huius operis
recōpenſabo cum gratum vobis
didicero me quod iubere eſtis di
gnati: cōpleſſe.

Explicit prologus in librū Tho
bię. Incipit liber Thobię. Capitu
lum primum.

bonus domini. perſonaꝫ
deſcribit aptā negocio.
Thobias ex
inter illos abductus. de qui
b⁹ dr̄. prio tpe alleuiata eſt ter
ra za.
tribu et ciuitate neptali
rote. huius mūdi rotam ſuperās ſuperi
ora querens. inferiora et volubiliora relinquēſ
q̄ ē ī ſupiorib⁹ galileę ſupra naaſō
retro enim relinquit viam ſpacioſam que du
cit ad mortē.
poſt viam quę ducit ad occiden
ſcientiam falſi nomīs ſiniſtram et falſam de
putat et mundanaꝫ phiaꝫ.
tem in ſiniſtra habens ciuitateꝫ ſe
damnat. ſcphet enim litterarū interptat
phet: Cum captus eſſet in diebus
dyaboli. ſuperborū. aſſirius enim
dirigēs interptatur
ſalmanaſar regis aſſiriorū. in cap
tiuitate tamen poſitus viam veri
tatis non deſeruit: ita vt omnia q̄
habere poterat quotidie concapti
iudeis.
uis fratribus ex eius genere imp
vel minor. in oculis ſuis. vn̄. quanto ma
ior es. hu. te in o.
tiret. Cumqꝫ eſſet iunior omnibus
in tribu neptalim: nihil tamen pue
rile geſſit in opere. Deniqꝫ cū irent

His que agio.
Poti⁹ ⁊ veri⁹ dixiſſet
iter agiogp̄ha. vl̄ lar
ge accepit agiogp̄ha.
q̄ſi ſanctoꝝ ſcripta. et
nō de numero illoruꝫ no
uē q̄ pp̄rie dicūt agio
grapha q̄ ſūt de catha
logo. h̄ ē d nūero. xxij
librorum. Cōſiſtit em̄
ī pētbateuco. ⁊. viij. p
phetis. ⁊. ix. agiogra
phis. Or āt ſm̄ grecoſ
ī p ordīe. vij. ponit li.
addēs pētbateuco io
ſue ⁊ iudicuꝫ. ⁊ vocat
ordinē illū eptateucū.
ab epta ſeptem ⁊ ibeus
cos volumē.

Et quidquid. ꝛc.
Hoc dic ne videretur
ypbole q̄ tā breui tpe
tm̄ op⁹ videt̄ adiplere
Vtriuſqꝫ lingue.
Tenebat libꝝ chaldi
cū ⁊ legebat hebraice.
Ca. I.

Thobias ex.
Beda. Liber thobię
ē ī ſupficie lr̄ę ſalubriſ
Maximiſ em̄ vitę mo
ralis et exemplis abū
dat et monitis. Sed
quantum poma folijs
tantuꝫ hiſtorię allego
ria pręcellit. Maxima
enim eccleſię continet
ſacramenta. Ipſe eniꝫ
thobias populū iſrl̄
ſignificat q̄ cęteris gē
tibus ydolatrię dedit
fide recta ⁊ operibus
deo ſeruiebat. vnde.
Cū irēt o. ad u. a. ꝛc.
Jeroboam nāqꝫ q̄ fa
bricauit ad deceptōnē
ſubditorū vitulos au
reoſ ydolatrię cltores
exprimit. quorum com
plices ſignificantur in
ſubditis.

Neptali B. La
titudo. de qua. Latū
mandatū tuum nimiſ
cuius tribus. i. filij po
pulus fidelis eius ciui
tas eccleſia. De qua
Nō poteſt ciuitas ab
ſcondi ſupra montem
poſita

Supra naaſon. Naaſon augurīū huius ciuitas ſuperiora augu
ratur. i. cōtemplatur cęleſtia.

Cū cap. eſ. Thobię captiuitas humani generis captiuitateꝫ dſignat
per regem omniū prauorū. i. dyabolū qui nos d patria cęleſti in huius exi
lij vallem deiecit.

Ita vt. o. ꝛc. Sic populus iſrael per doctoreſ diuini verbi elemoſinā
non ſolum rudibus ſuę gentis auditoribus: ſed gentibus ad iudaiſmū ve
niētibus miniſtrabat. Quidquid em̄ naturalis boni habuit qd̄ hoſtiſ cap
tiuans non abſtulit: hoc ſuis in exemplum virtutis oſtendebat. ⁊ portionē
ſalutaris ſcientię tanquaꝫ decimam ſuę ſubſtantię aduenis. id eſt gentili
bus offerebat.

Nihil tamē. Jam illud apoſtolicum gerebat in pectore. Nolite pue